N. Inv. 5488

1692 - 1792

PROTO
CŌLVM.

Huius Conuentus Casmirien
sis Ordinis Discalceatorum
Sanctissimæ Trinitatis Redem
ptionis Captiuorum.

Anni Domini.

1.6.9.2di.

Vide folium 1040

Ubi invenies Indicem Capitum.
huius Protocoli.

CAPUT PRIMUM & § 1mus.

De Fundatione & De Principiis eiusdem & rebus notabilibus.

CUm Dei Protegente & adiuuante gratia Religiosi Nostri qui primo ex Hispania in Polonia venerunt Ordine Sanctissimi Innocentij Diuina prouidentia Papae Undecimi, & dispositione Serenissimi, ac Potentissimi Joannis Tertij Regis Poloniae post multos perpessos labores Monasterium Unu in Ciuitate Leopoliensi fundassent: considerando quod Monasterium illud solum non poterat multo tempore, nec institutum nostru caeleste redimendi Captiuos in Regno ita dilatato perseuerare, exerceri & conseruari, si non essent alia Noua Monasteria, quae Monasterium Leopoliense possint coadiuuare tam in colligendo Eleemosinas pro Captiuis quam in Sustentando Nouas plantas quae quotidie in Noua SSmae Trinitatis Vinea plantabantur, determinarunt in

Ciuitatibus Capitalibus, Sicut Sunt Varsa
vel exigere aliquam fundationē de Nouo
& Communicato hoc Negotio cum Eminen-
tissimo Cardinale Cantelmi, Tunc Legato Aposto-
lico in Ṗdicto Regno Poloniæ approbauit intentū,
& interposuit Suam Authoritatem Scribendo
ad Celsissimū Episcopū Cracouiensem Unā Epi-
stolam quatenus dignaret Nobis fauere, & Suam
facultatem concedere, Ut possemus in dicta
Ciuitate Monasteriū erigere. Discessit R. Pater
F. Michael à Sancta Maria Natione Hispa-
nus Cæsar Augustæ Natus, qui, Sicut alter
Elias, Zelo Zelatus est. pro Sua & Nostra Reli-
gione SSmæ Trinitatis Redemptionis Captiuorū,
& post ingentes labores itineris peruenit Cra-
couiam Ṗdictus P. Michael à Scta Maria pro
tunc Electus, erat Redemptor Captiuorū, & Sta-
tim ac peruenit habuit Notitiam, quod in Ṗdi-
cta Ciuitate Celsissimus Episcopus non erat; cū
qua notitia; loco Solatium inueniendi merorē
& pænam inuenit, videns, Suos esse itineris fru-
strates labores, non habens ad quem Oculos ver-
tere nec hospitiū inuenire. Inter tot angustias
positus & quasi deliberans quid erat agendū,
Si quidem nullum habebat notum in prædicta
Ciuitate, recurrit ad Deum considerans, quod
nunquam Suis deest, præcipue in tribulationi-
bus cum ipse Deus per Isaiam cap. 43 dicat:
cum transieris per aquas tecum ero. cum
ambulaueris in igne non combureris & flam-
ma non ardebit in te. Noli timere quia
ego tecum Sum. Hoc Clypeo muninitus, ad Re-
uerendissimos Patres Sancti Dominici adire
determinauit, qui RR.mi PP. Sua consueta,
libera, & beneuola, Charitate, hospitio ipsum
cum Socio receperunt, & non cum minore Zelo
inseruientes per Spatium Unius Mensis illū
ve cum Suo Socio Fratre Andrea à Sancto Joanne

de Matha

de Mattha Laico Polono in Suo Comitatu & Conuen-
tu habuerunt: in cuius temporis Spatio suum
agebat negotium, quærens modum adeundi
Celsissimu Episcopu, qui Kielci tunc residebat,
Antequam Suum pararet iter peruenerunt
Cracouiam. Anno Domini, Millesimo, Sexcen-
tesimo, Octuagesimo Octauo, eiusdem Anni   1688
Die Vigesima Quinta Mensis Nouembris in
Festo Sanctæ Catharinæ Nostræ Sacræ Religi-
onis Patronæ, R. P. F. Franciscus a Jesu Ma-
ria, & P. F. Joannes a Conceptione Hispani ille
Oriundus ex Prouincia Mancæ ex Villa Here-
dia: Iste vero ex Regno Aragoniæ ex Ciuita-
te Darocensi: qui etiam fuerunt hospitio re-
cepti apud Dictos Reuerendissimos Patres Sancti
Dominici, quorum aduentu non parum lætati ha-
buerunt P. Michael a S. Maria & eius Socius,
Postquam dicti PP. vires in tam longo itinere
deperditas, per Spatium octo dierum recupera-
runt. Simul cum dicto P. Redemptore iter carpserunt
Kielcium versus ad Celsissimu Episcopum in
Maiori Hiemis rigore & asperitate: Sed fer-
uor Spiritus illos confortauit. Tandem illuc per-
uenerunt, licet cum magno labore & ut Se ma-
ximare quod intendebant, permisit Deus
ut per mortificationes inciperent. Significa-
uerunt de Aduentu & intentione eorum Cel-
sissimo: ipse ad se admittentes Suam statim o-
stendit displicentiam, quam Epistolas Legati
Apostolici, quam ipsi tradiderant, cum detine-
ret suam demonstrare non potuit tristitiam: ideoq non
potens illam diu continere, incepit aliqua pro-
ferre verba Celsissimus Episcopus & Simul cum
alio R. D. Canonico, qui tunc aderat, plurimas
proponere difficultates erga Fundationem
quam intendebant prædicti Patres: quibus
Omnibus auditis, & bene consideratis responde-
runt ad Omnes difficultates & obiectiones illis

Illustrissimi Episcopi et Canonici; quas propo
suerunt; ita ut nec quid respondere pote
rant & non mirum: desuper enim datum
fuit Patribus quid respondere & verifica
retur illud Apostoli: dum steteritis ante
Reges & presides nolite cogitare quomo
do aut quid loquamini, dabitur enim
vobis in illa hora quid loquamini. Habita
ergo argumentorum solutione, inde dicti Pa
tres expedivit, & die sequenti facultatem de
dit ipsis pro hospitio in Civitate Cracoviensi
vel Casimiriensi, vel in suburbijs illis adia
centibus, ut ex authentico instrumento constat
quod tale est.

Ioannes de Malachowice Malachowski,
Dei & Apostolicae Sedis gratia Epi
scopus Cracoviensis Dux Severiae.

1677

Reverendo & Religioso Patri Michaeli a
Sancta Maria Ordinis Sanctissimae Trinitatis de
Redemptione Captivorum in Regno Poloniae com
moranti Nobis in Christo dilecto Salutem in
Domino. Exponi nobis fecisti, quod tu cum soci
is Ordinis tui in Urbe Cracoviensi Metro
poli Regni domicilium figere desideres, pro
inde Nobis humiliter supplicasti, quatenus
tibi in huiusmodi tuo desiderio consensum au
thoritatis Nostrae Ordinariae impartiri dignare
mur. Nos vero supplicationibus tuis de
super Nobis factis benigne annuentes &
instituti Ordinis sui in Regno hoc, in quo exi
gentibus peccatis nostris plurimi fideles in capti
vitatem Scithicam Othomanicam quotannis
abducuntur, summe opportunum diligentem
considerantes, tibi, quatenus cum socijs tu
is antequam aliquem locum fixum acqui

ras

ras interim per modum hospitij in eadem Urbe Cracoviensi vel Suburbijs adiacentibus subsistere & commorari possis & valeas authoritate Nostra Ordinaria plenam facultatem impartimur. In quorum Omnium & Singulorum premissorum fidem & testimonium presentes literas manu nostra propria subscriptas Sigillo Nostro iussimus communiri Actum et Datum Kielcijs in Palatio Nostro Episcopali Feria Quinta post Dominicam Primam Sacri Adventus, Die Secunda Mensis Decembris Anno Domini, Millesimo, Sexcentesimo, Octuagesimo, Octavo. Ioannes Malachowski Episcopus Cracoviensis, Dux Severiae.

Cuius Originale in Archivo Conventus Cassoviensis asservatur. Hac facta diligentia prosecuti fuerunt Viam suam Varsaviam usque non cum minore labore quam antea, quia Ceterquam quod nix in magna quantitate ceciderat, Ventus, & glacies iter impediebant. Ab Omnibus tamen laboribus incolumes & sani exierunt pervenerunt Varsaviam ad Capellam S. Crucis, quae extra Suburbium manet. Tunc ibi solus F. Ioannes a S. Francisco Laicus natione Romanus habitabat, qui ipsos benigne recepit, sed non potuit illos tractare nisi cum Cerevisia & cepis: quibus ipse utebatur. Nam propter distantiam loci & defectum Virium non ad Civitatem poterat ire praedictus F. Ioannes & ita cum hoc contentus erat hospites cum eadem portione manserunt. Ibi fuerunt commorati per aliquot menses P. Michael a Sancta Maria cum Patre Ioanne a Conceptione F. Ioanne a S. Francisco, & F. Andrea de S. Ioanne de Mattha, quia communicatae magnae erant,

ubi concursus erat Omnium Senatorum Lutanus.
P. Franciscus a Jesu Maria discessit Leopolim,
pridie ante Vigiliam Nativitatis Domini Jesu
Christi ad Executionem mandandas literas Pa-
tentes quas ex Hispania portaverat pro Officio
Magistri Noviciorum fungendo.

Finitis Comitiis iuit iterum Cracoviam P.
Michael a S. Maria cum F. Andrea Laico, de
illa agendum fundatione. hoc tempore ibi duas ob-
tulerunt Ecclesias in Suburbio Cracovien, alteram
sub Titulo Scte Crucis, et aliam Titulo Sctorum
Apostolorum Petri et Pauli, quæ ambæ pertinebant
ad Universitatem & Ecclesiam Scti Floriani
quibus licet Supplicem Libelum ipsemet Episco-
pus Cuius Iurisdictioni erant Subiectæ, cui sup-
plicationi fuerunt additæ Intercessiones quorun-
dam piorum hominum, quorum, Unus dignitate
Sacerdotali honoratus, qui promiserat nobis donare
Ecclesiam S. Petri et Pauli, quam ipse suo labore
& expensa ædificaverat. Alter tamen Civis Cra-
covien nomine Droczynski, qui etiam Ecclesiam
Scte Crucis suo sumptu ædificaverat, qui Unanimi
contendebant Supra donatione Ecclesiarum Sed proh
dolor: quod nec authoritas Episcopi valuit nec pio-
rum hominum Intercessio Valuit Montes difficulta-
tis evincere. & Uni Universitatis Corda ad pie-
tatem movere, imo potius ab Academicis coram
Episcopo valde fuerunt Novi Ostendentes mortifi-
cati et verbis asperis ab eorum Intentione repul-
si tandem qui intendit locum a Civitate obti-
nere sed eandem passi fuerunt repulsam ab
illa, quam antea ab Academia destituti iam Omni
humano Consilio illud Apostoli in Cordibus restan-
tes. Cum Vos eiecerint homines & dixerint O-
mne malum adversum me gaudete et exultate
quoniam merces Vestra copiosa est in cælis.

Et in Providentia Divina fidentes discesserunt
ad Illustrissimum Capitaneum Osviecimense Domi-
num Josephum Adamum Lubomirski, qui illos recepit

Singul

Singulari humanitate, & cum significaret
ipsi omnes suas afflictiones preteritas,
& causam ad suum recurrendi Patrocini-
um, illico Celictus Dominus assignavit
nobis duas Lapideas, quas Casmiri habe-
bebat, pro optione, et quam vellemus
pro Fundatione eligere, possemus. Sit De-
us Benedictus, qui corda hominum
movit ut discant etiam spiritualis
Persona, a Secularibus bene facere.
Considerans tamen Religiosorum indi-
gentiam illos per aliquos detinuit dies,
et parum quiescerent; quia valde fatiga-
ti erant, propter pluviam, quam in via
habuerant, & viribus aliquantulum re-
cuperatis illos remisit, accommodatos
& cum bona Eleemosina, & praecipiens
illis, ut inposterum in sua omnino ha-
bitarent Lapidea quam ipsi elegissent
& oblatis: electa & consecuta Lapidea
brevi & sine ulla mora scripsit P. F. Mi-
chael ad Celsissimum Episcopum certiore
faciens, & significans de loco, et simul
petens facultatem pro Oratorio publico e-
rigendo, quam facultatem grato remisit
nobis animo, composito iam Oratorio
& recognito ab Illustrissimo Suffra-
ganeo Stanislao a Słupow Szembek
concessit nobis licentiam, cuius teno-
ris est sequens.

Joannes de Małachowice Ma-
łachowski Dei & Apostolicae Sedis
gratia Episcopus Cracoviensis Dux Severiae

Reverendo & Religioso Patri Michae-
li a Sancta Maria Ordinis Sanctissimae Trini-

tatis de Redemptione Captivorum in Regno Poloniae
Commoranti, Nobis in Christo dilecto Salutem in Do-
mino exponi nobis fecisti, quod tu cum socijs tui
Ordinis in Urbe Cracoviensi Metropoli Regni, in
Civitate Casimiriensi, vel Sub Urbis adiacentibus
Domicilium habere desideres, proinde Nobis hu-
militer Supplicasti, Quatenus tibi in praemisso
desiderio tuo, consensum aut his Nostrae Ordi-
nariae compartiri dignaremur. Nos vero Sup-
plicationibus tuis de Super Nobis factis benigne
annuentes & institutum Ordinis tui in Regno
hoc, in quo exigentibus peccatis Nris plurimi fide-
les in Captivitatem Scythicam & Othomanicam
quot annis adducuntur, Summopere opportunum
diligenter Considerantes tibi, quatenus cum
Socijs tuis aliquem locum fixum pro consisten-
tia & Residentia tua in eadem Urbe Cracovien.
vel in Civitate Casimiriensi, vel in Suburbijs ad-
iacentibus acquirere & institutum Ordinis
tui exercere possis, & valeas Authoritate
Nostra Ordinaria plenam facultatem impartimur
in quorum Omnium & Singulorum praemissorum
fidem & testimonium praesentes literas, ma-
nu Nostra propria Subscriptas, Sigillo Nostro jus-
simus communiri. Actum & Datum Craco-
viae in Palatio Nro Episcopali Die Decima
Tertia Mensis Junij, Anno Domini Mille-
1689 simo, Sexcentesimo Octuagesimo, Nono.

Joannes Malachowski Episcopus Cracovien.

Facultas acquirendi locum fixum in Urbe
Cracoviensi vel in Civitate Casimiriensi vel
in Suburbijs adiacentibus pro parte Presbitero-
rum Ordinis Smae Trinitatis & Redempt. Captivorum

Mutato loco Oratorij ad Situm Commodiorem ac-
commodavimus non Sine magno labore Ecclesiam
parvam quam benedixerit Reverendus Dominus
ArchiPresbiter Ecclesiae Sctae Mariae Perillustris &

Adm.d.

AdModum Rndus Dominus Georgius Ianuszewicz Canonicus Cracouien. Decanus Sandomiriensis. Die Sanctae Cathar[inae] Patronae Nostrae Sacrae Religionis Vigesima Quinta Nouembris, postea inceperunt alias reparare res, siquid Lapidea indigebat reparatione, postquam iam erant aliquae res dispositae. discessit P. Michael à Scta Maria Varsaviam ad Commicias magnas, & miserunt Cracouiam Patrem Ioannem à Cruce qui tunc Berestesci manebat, Officium Parochi exercens in illa fundatione, qui simul cum Ftre Andrea Laico mansit Casmiriae Vitam gerens Religiosam; quibus cito aduenit R. Pater Vidaeus à Scta Maria, qui Vna cum P. Mattheo ab Angelis ex Hispania venerat, & istum mittens Berestescum, illum Casmiriae relinquerunt, Vbi permansit cum Patre Ioanne à Cruce & Ftre Andrea à Scto Ioanne de Matha, qui Omnes Tres transierunt totam hijemem sine fornace, & sine ullo refugio magis quam Diuina Prouidentia & gratia illos fouebat & fomentabat; per istud tempus non cessarunt laborare in compositione habitationis, quae tam desolata erat, famem & inediam passi fuerunt & in magna egestate fuerunt, a Natiuitate usque ad Mensem Julij Anni Sequentis, Millesimi, Sexcentesimi, Nonagesimi, quo tempore cum esset necesse aliquos mittere Religiosos Stanislauouiam, vbi Illustrissimus Castellanus Cracouien. protunc cognomine Potocki Voluit fundare Nobis, & instabat pro Religiosis pro illa Fundatione, disposuerunt ergo Rndi

Patres, Ioannes a Nativitate qui tunc erat Præsidens Conventus Leopoliensis, & Pater Michael a Scta Maria Rpmpto Capitulo, ut dicti P.P. Ioannes a Cruce & Didacus a Scta Maria Stanislaouiam discederent, & Rndus P. Franciscus a Iesu Maria Leopoli Magister Noviti orum erat, Cracouiam veniret cum duobus Nouitijs & Professo uno, ex quibus duobus Nouitijs, unum postea eiecerunt, peruenit Cracouiam dictus Pater Franciscus pridie ante Festum Scti Ignatij cum suis socijs & uno prætendente qui simul cum alio accepit Nouitiorum habitum die decima Augusti, unde fuit firmata Communitas: & inceperunt exercitia sequi spiritualia, & omnes actus Communitatis debito feruore; siquidem perueniebat Numerus Religiosorum ad Octauum e cum tot Religiosis iuuenibus, sine notitia ulla, & sine Eleemosina, & sine ullo noto quot essent labores & mortificationes consideranti, patebit omnibus diebus indefectibiliter ibat Cracouiam pro Eleemosina, sed ut plurimum frustra, quia nihil præter lassationem & fatigationem habebat offerens Deo mortificationes, quas Diuina Maiestas permittebat.

Venit postea Rndus Pater Fr Ioseph ab Angelis Comissarius Gnalis Visitandi causa ex Hispania ad Poloniam & Germaniam, qui videns miseriam & laborem P. Franci & necessitatem Religiosorum & præcipue Sacerdotum disposuit, ut Pater Didacus a Scta Maria, qui non pridem iuerat Stanislaouiam, reuerteret Cracouiam, ut onus intolerabile supportare adiuuaret, peruenit dictus Pater Didacus Mense Octobri, & cum isto adiutorio, inceperunt maiori cum feruore inseruire Deo vitam gerere Religiosam, & facultatem collocandi Venerabile obtinere, cuius præsentia maior erat necessaria decentia in Ecclesia

quam

quam etiam maxime Illustrissimus Suffra,,
ganeus Causalem ponens quod nisi esset
bene & decenter ornata quod non eramq
obtentum talem licentiam qua propter
fuit necesse multas componere res, &
facere tam in Ecclesia, quam in Conuentu
quia ad Maiorem decentiam pertinebat;
Sed labor & perseuerantia, Omnia vincit
& ita peruenit tempus nostrae maioris
laetitiae collocandi Venerabile in Ecclesia
Nostra Nocte Natiuitatis Dni, Anno Mille,,
simo, Sexcentesimo, Nonagesimo, hora qua
Nasci dignatus est Bethleem Saluator mundi.

Collocatio SSmi

A. 690

Cum ista praesentia tanti Domini au,,
gmentata fuit Obligatio Nostra, Choro ma,,
iori cum feruore & exercicijs Spiritua,,
libus assistendi. Ut tamen Omnibus obuia,,
possimus ire obiectionibus, quas suggestio
ne Diabolica erant forte incursuri in Sempro
Licentijs collocandi Venerabile captare optaui,
quam licet difficultate non tamen obtinere
potui, magna; Die decima tertia Martij An,,
no Domini, Millesimo, Sexcentesimo, Nona,,
gesimo, Primo, ab Illustrissimo Episcopo, Cu,,
ius Originalis in Archiuio Seruatur quae talis est.

A. 69

Joannes de Malachowice Mala,,
chowski Dei & Aplicae Sedis gratia
Episcopus Cracouiensis Dux Seueriae
Religioso Patri Francisco a Scta Maria,,
Praesidenti totiq Congregationi Casimiriensi
Ordinis Ssmae Trinitatis de Redemptione
Captiuorum Diaecesis Nrae Cracouiensis No,,
bis in Christo dilectis Salutem in Dno ad
augendam Christi fidelium deuotionem et
pietatem Pastorali solicitudine intendentes ut
liceat Vobis in Capella, seu Oratorio vestro

Casimiriensi decenter constructo, ad ornato, et clauso tabernaculum constituere, et in eo Sacram Eucharistiam asservare authoritate Nostra Ordinaria plenam facultatem impartimur, In quorum Omnium fidem et testimonium, Datum Cracoviae in Palatio Nostro Episcopali die decima tertia Mensis Martij Anno Domini, Millesimo, Sexcentesimo, Nonagesimo, Primo.
Joannes Malachowski Episcopus Cracoviensis
Locus Sigilli.

Facultas Tabernaculum Constituendi et in eo Sacram Eucharistiam asservandi pro parte congregationis Casimiriensis Ordinis Sanctae Trinitatis.

Hac obtenta gratia, Vitam Nostram in Societate Patris Didaci, a Sancta Maria Hispani ex Provincia macula ocata oriundus, tamen ex Civitate vulgo Manzanares gerebamus simul cum alijs quatuor Polonis, quorum duo Novitij, alij tamen Professi, pro quorum Victu quaerendo incessabilis labor, nulla die dempta erat, cum esset necesse in diebus Nivibus et geli non obstantibus Cracoviam ire. paulo post venit ad istum Nostrum pauperculum Conventum, Dominus Antonius Balsamovic natione Armenus, Vidensque Nostram Domum et habitationes pauperculas non dedignatus est, petere constitutiones Nostras, placens magis egestas et paupertas, quam abundantia rerum, motus Divino auxilio, et desiderio, perfectionem obtinendi Sicani palam fecit intentionem, quam Religiosi libenter audierunt, et quin ulteriorem haberent dilationem proposuerunt Communitati

quod

quaesumus praestavit assensum, hoc habite Operam executioni dedit & rebq dispositis Nostro Sito habitu induit & Anno probationis completo, obtentaq a Sacra Cardinalium Congregatione licentia quae in Aretino servat & in Nostro Professione huius Conventus Professionem emisit, cum esses autq Numerus Religiosorum & labor uictus querendi non minuit, Cuius causa non parum cor meum afflictum erat, Videns necessitatem ex una parte ex alia tamene impossibilitatem petendi tum propter carentiam Religiosorum, tum etiam propter itineris asperitatem Regionisqs acerbitatem, pedestter iter peragere non leue esset, tamq Nobis quam alijs Polonis, qui ut pote iuuenes & insoliti, tabium laborum consuetudinem non habebant his ergo irretiti erant difficultatibus, tempore maioris calamitatis & miseriae.

Roma abgedo

Sed o bone Deus: qui das escam esurientibus, & sitientibus potum nec aliquando Seruorum obliuiscaris: cum memor sit omnium, & ut pote Creator Uniuersi omnium non desinis curam habere, tam volatilium quam quadrupedum ita & Nostri oblitus non fuisti, siquidem cum tua infinita Prouidentia, mouere fidelium corda incepisti; sed qualiter dignus nota, Notabilisqs fuit eius dispositio. Cum ergo videret oculis pietatis egestatem Nostram impossibilitatemq iam recuperandi, obignota populo Noticiam, Aduentus nostri. Disposuit siquidem ut ad nos peruenirevet una pauperula infirma obsessa,

Sex dium fere Annorum, quae obnixe a Nobis petijt, ut exercizaremus, negativam habuit responsionem primo, cu autem ipsa Suam repeteret petitionem, moti ipsius lachrimis Suis precibus assensum tribuerunt, & coram imagine Crucifixi legentes exorcismos, qui in Nro Manuali Sunt, levamen aliquod se sentire dicit, tunc maiore cum fervore & Spe prosecutus fuit Pater qui legebat, usq ipsa incepit dicere se nihil doloris sentire, post parum temporis finem exercidedit, & ipsa pauperula hilaris & laeta laudans Deum, qui ipsius miseratus fuit, iuit ad Suam domum, Sequenti tamen die memor beneficij recepti ad imaginem, gratiâ agendi causa venit: non etiam tergo dans favorem prdie receptum quod idem per aliquot dies continuo fecit, & ad hodiernum usq diem perseverat: licet octo elapsi Sint menses, cuius fama brevi alia Pauperula cum Sua filia obsesa fere Septem Annorum, venit noluit afflictam derelinquere, Sed eadem, quam antea fecerat diligent, in Executione posuit, fides tamen ipsius iuncta, eundem quem antea habuimus effectum prosecutus est coram ead. imagine Crucifixi ab isto tempore incepit concursus, qui quotidie crescit taliter ut Omnibus Satisfacere non possit, multi tamen varijs laborantes infirmitatibus Sani fuerunt lectione tantum Evangeliorum o altitudo divitiarum, quam incomprehensibilia Sunt judicia eius & investigabiles viae eius, Ecce quomodo Deus movit corda fidelium, ut manifestarent Opera

Chri..

Christi, & nobis largirent Elee,,
mosinam, quam ex illo tunc non cessat
in ista pauperculâ domo.
Alia Paupercula infirma nomine Cathari,,
na ex Ciuitate Olulhensi, quatuor Milli,,
aribus distante ab ista Trauconiens Ciuit,,
tate, non minus afflicta, quam supradicti
rigans terram lachrymis auxilium petit;
ne tamen Dei beneficij ingrati essent,,
ipsius necessitate succurrere opere pretiû
duxit, in diuina videns gratiâ, quam bre,,
ui experire incepit, siquidem statua post
Aduentum die esse sanam nullumq dolorê
sentire, dicta Catharina energumena cla,,
mare incepit: quam postea p octo dies
continuè exorcizauit, nullû tamen signû
dedit sec. infirmitatis & ita iuit suam
domum, benedicens Dominum bene
tamen experti fuerunt Religiosi fauo,,
rem, & quam placitum erat Deo illud
Opus Charitatis, siquidem per octo dies,
quibus laborem aliqualem habuerunt
Religiosi sex tantum panes expenderunt
inter nouem Personas, qui domi erant,
quin essent necesse plus emere, cum esset
illi sufficiens, cum alijs occasionibus,
nec per duos durabant dies, prædicti aut
similes sex panes, modo tamen, cum istis
pro sufficientiâ, & ad satietatê habuerunt.
Ecce remunerator Bonorû & quâ p parte
Deus soluit seruitoribus, aliæ multæ in,,
firmæ fuerunt expertæ gratiam & bene,,
dictionem a Dnô in prædicta domuncu,,
la, sed quid mirum cum esset ab æter,,
no a Deo benedicta & omnes in futurû
habitatores in ea, ut constat ex Instru,,

ptione quadam, quæ sculpta manet in uno
lapide, qui in frontespicio Lapideæ in fornis
est; cuius veridicum testimonium Omni-
bus potent constare videntibus in scriptio
est quæ sequitur de verbo ad verbum: Be-
Nota nedic Domine Domum istam
& Omnes habitantes in illa, sit
qui in illa Sanitas, humilitas
Sanctitas, Castitas, Virtus, Vi-
ctoria, Fides, Spes, & Charitas
Benignitas, Temperantia, Patientia.

Quid ergo si a Deo habet Benedictionem quod
Omnes habitantes in ea, ad eamque confugi-
entes, iam experiant, ne tamen notatus
ex negligentia, & nimia remissione narrare
intendam singularem casum, qui modo
ab Anno Nonagesimo, usque Nonagesimum
secundum contingit, prolixius narratione
alter Calamus intellectu & capacitate præ-
dictus necessarius fuit, ne ergo propter pro-
lixitatem, & loquela & calami crassitudine
molestiæ adstringat, brevitate & claritate
qua meliori possem explanabo, ipsiusque decla-
ratione dabo.

Istud Exemplum ipsiusque circumstantias
reliquus invenientibus, & alio loco & tempore
opportuniori hoc relicto, transeo ad substantiam
fundationis.

Prehabitis a Deo favoribus gratiisque his con-
tinuis commodiorem curavimus habitationem
etiam quærens domum pro ulteriori dilatio-
ne Conventus, ad cuius finem consequendum
pervenerunt ad turriculâ Unum Regis, qui
ipsis pridem eam promiserat, summad in regio

11

nens desiderium, aliquae fuerunt dif,,
ficultates interpositae, non tamen ta,,
les, quales non possent Optimâ habe,,
re Solutione, hac clato, & medulla Ve
ritatis Enucleata, venire Cracoviâ
praedictus Dominus determinavit.
cum non parva Religiosorum admira,,
tione, quia propter quam quod me,,
dio Milliari ab hoc distanti loco esset,
pedibus & febri Generosus Dominus la,,
borabat, Omnino tamen Sequenti die
se venturum promisit, simul cum suis
filiis Christophero Maiori natu, & Fran,,
cisco, & sicut promisit, ita factum est,
et hac eadem die, qua pervenit, quae
fuit Vigesima Sexta Martii, Anno
Domini Millesimo, Sexcentesimo,
Nonagesimo, Tertio. Cesserunt ad fra,,
conviam in Praetorio fecit nobis cessionem
Sortis Suae & Iuris quod habuit, & ha,,
bere potuit erga Lapideam Waszabikowska
vocatam & etiam circa Braxatorium
& Lapideam, vocatam Fryznerowa,
quae retro post nos manet & fuit aedi
ficata a Domino Fryznerowo fundi,,
tus, item & empta.
Hac finita Causa die Sequenti ad suam
pervexit villam praedictus Dominus Rint,
Nos Intromissionem accipere volentes,
Dominum Notarium & alios in Praetorio as,,
signatos vocavimus, Sed o bone Deus hic
fuit commotus infernus totus contra
Novos Possessores, quasi si alienum accipere
vellent, & inter alios fuit, qui primo
se opposuit Generosus Dominus Meccino
wski Syndicus Cracoviensis, cum Successo,,

Scriptura Seu Contractus et Intromissio Lapideae

1693

nens

Contraecy fau[illegible] 1612do

ribus Bukouiens, qui erant Septem, ratione
cuius dat. Contractus quem inter Paren„
tes Dni Kent et Domino Bukoviechi fe„
cerunt itaq fuit firmata lis, et Intromis„
sio impedita maximo cum dolore Religi„
osorum, qui considerabant frustratum suum
laborem.

Comparuerunt ergo in Pretorio omnes et ibi
supradictus Sindicus ira commotus cum admi„
ratione presentium incepit proferre verba
contra Pauperes Religiosos dicens, quod
volebant per vim lapideas rapere, et era„
mus incapaces bonorum, si tamen vole„
bamus expoliare aut rapere iremus ad Tar„
taros, et Turcas, et ibi edificare Monasteria,
ista verba tam scandalosa tanti ponderis
fuerunt, quod vnus Iudex qui presens ad„
erat, ipsius partem tenebat, approbans suas
rationes et verba, reliqui tamen fuerunt
valde mirati, cum esset homo consilio et
prudentia dictus supradictus Sindicus cum
viderent tamen tales et tantos clamores
stupefacti exierunt Pauperes Religiosi tristes,
et merore pleni, ignorantes medij, quo vti
poterant contra talem inimicum, et tantum
qualuit astutia illius, ut non solum erga se„
culares, sed et Religiosos suam maliciam „
diffudit et quia aliquid interesse habebant,
sequenti die post narrata ad Conuentum Nostrum
duo Religiosi cuiusdam Ordinis venerunt,
dicentes audiuisse Nos per Nostrum Conuentum
transitum fecisse addictam lapideam donatam,
et pro maiori ipsius satisfactione permissimus,
vt viderent totum Conuentum Nostrum, si forte
si forte erat verum quod dicebant, et videns,
et cognoscens falsitatem et innocentiam
Nostram admirati et edificati exierunt „
post tot et tantas mortificationes, prima

qua

quam fecerunt diligens, fuit offerre Deo,
& propter amorem ipsius pati praedictam
mortificationem, postea Trio P. melioris &
Seniores ipsorum directione venerunt ad
Illustrissimum Stanislaum a Slup od Seem
bek Suffraganeum Craoviensem Tim
Dectum pium & Sctum a quo accepe,,
runt consilium quod tale fuit, nem,,
pe quod offerant Deo, & ipse si quid
erat ipsius causa, erat obtenturus
istud negotium, Religio enim nra,
nullum erat detrimentum ex eo habitu,
ra, cum omnibus manifestum sit, huius
praeclare Religionis virtus, & fama;
nec minus miraremur de exprobrati,,
one praedicta, cum nec suae Illustrissimae
Dominationi deficiebant, talia & pe,,
iora exprobra, nec tamen propterea faci,,
ebat aliud quam offerre Deo, qui ipsius te,,
nebat famam honorem & reputationem
ex praedicto consilio cognoscitur consillans,
sicut ex effectu causa non renuebant
Religiosi accipere consilium tale & exe
cutioni mandare, quia querebant pacem
& unionem optabantque pro Christo e,
iusque Matri pati: itaque magna cum hilarita
te cordisque laetitia amplexati sunt consilium
a Domino tanto, Ecclesiaeque Praelato dato,
a Deoque pro certo inspirato.

Post huius aduto consilio peruenerunt
duo Religiosi Sancti Spiritus, qui Craco,,
viae manent ad Patrem Praesidentem
deprecantes ex parte praedicti Domini Sendiui

Cracovien Arixeq petentes pristinam a„
micitiam piamq compositione cum dicto
Domino Bukowiensisq Successoribus mira„
tus est, Pater Praesidens de tali tam bre„
viq mutatione, & tristitia ipsius conversa
est in gaudium post fletum secutum est
gaudium, sine ulla mora ivit Pater Praesidens
ad talem hominē gratias agens pro tali &
tam brevi cognitione & conversatione &
praedictus Dominus suam recognoscens„
culpam cum lachrimis in oculis petijt veni
am a Religiosis promittens se esse imposteru
Profectorem futurū, et de facto fuit, siquidē
ipsemet curavit supradictos oppositores an„
gregare & loqui pro concordia pace & rerum
compositione, & ita cum tali intercessore omnes
fuerunt parati, & congregantes in Praetorio
Casimiriensi fecerunt compositionē quietā
& pacificam, die Vigesima Aprilis, Anno
Domini, Millesimo, Sexcentesimo, Nonagesimo,
Tertio.

Compositio Bukowiensis

1693

Facta ista compositione oborta est alia oppo„
sitio ex parte cuiusdā Notarij Cracoviensis nomi„
ne Mieszkowski qui non habens aliud titulum,
quam Tutoris, posuit impedimentum pro Dno
Zaykowsko & Wiśniowski praedicti lapidea
successores non tamen fuit tanta appositio„
quam antecedens & ita brevi temporis spa„
tio inter nos consequentes scriptura cessio„
nis fecimus die Vigesima Quinta Aprilis
Anno Dni, Millesimo, Sexcentesimo, Nonagesi„
mo, Tertio, eademq die accepimus Intromissi„
onem respective tuius sortium omnino impugnatae.

Alia Compositio Zaworskiensis

Quarta vero Sors quae ad Conventum Ssmi
Corporis Christi pertinebat adhuc restabat

et cuius

Huius consequendae Novi Religiosi deliberabant
quid erant facturi, cum Prelatus tunc,
tempus praeclari Monasterii vocatus Ale-
recsynski, esset dives et in litibus ex-
pertus, multosque habens amicos, quibus
omnibus carebant Novi Religiosi, sed non
propterea formidabant, nec orbi animo
erant suam tenendi partem, fidentes
in illis verbis, Si Deus pro Nobis quis
contra Nos, cum ipso sum in tribulatio-
ne eripiam eum et glorificabo eum.
armati ergo cum ista Lorica, et Scuto,
Omnem pellentes timorem, qui pro-
certo palmam victoriae obtenturi erant
nullumque ipsis obstaculum proponens
usi fuerunt intercessionibus, a quibus,
ut possint more Religioso suam habere
intentionem, primo tamen ad Illustris-
simum Suffraganeum confugiunt, ut
pote Principaliori ipsorum Benefacto-
ri et amico, qui motus sola pietate et
charitate desiderans votis Religiosorum
satisfacere, scripsit ad Patrem Praepo-
situm die Trigesimo Mensis Aprilis An-
no Domini, Millesimo, Sexcentesimo, No-
nagesimo, Tertio, die Ascensionis quae
tunc illa die inciderat.
Responsio tamen Reverendi Praepositi fuit quod
ex concessione istius gratiae multa erant
fore inconvenientia, pariter et in uno Con-
ventu, ideoque non posse suae satisfacere
petitioni, non tamen propterea cessarunt
Pauperes Religiosi a suis difficillimis prae-
tensionibus, imo potius maiori cum cona-

tu & animi promptitudine & vigilantia eas curabant habentes pro oculis, quod dicuntur perseverantibus datum esse, & iam quod nullus sortitus est effectus ex Illustrissimi Suffraganei petitione, ad Celsissimum Episcopum qui tunc aderat Cracoviae recursum fecerant, per Illustrissimum Ortoski Canonicum Cracoviens & Auditorem Episcopi, qui illos grato animo suscipiens suum praestantum auxilium promisit, omnemque vigilantiam adhunc finem ponere spospondit die secunda Maij, Anno Dni, Millesimo, Sexcentesimo, Nonagesimo, Tertio. Die tertia eiusdem

1693

eiusdem Mensis & Anni proposuit Celsissimo Episcopo, qui iussit cuidam Canonico Cracoviens Nomine Joanni Vladislao Pucek ad Sctu Georgium in Arce eiusdem Civitatis & scalbiminens, qui in eadem Domo Nra primum sacrum Cantaverat, quando primo fecerunt Capellam,) quatenus ex parte sua Celsissima iret ad Praelatum Corporis Christi & exponeret dictam petitionem & gratiam, Idlictus Canonicus, sicut ei praeceptum est ita & fecit, & post spatium duarum horarum Controversens cum Praelato inde exiuit, solum cum Responsione dicenti, ipsi erant obtemperaturi Celsissimo suisque mandatis, pro ultima tamen resolutione indigere consiliarendi alicuiusque Religiosorum consilio & consensu.

Pro Categorica tamen responsione aliquae elapsae fuerant septimanae pluresque elaborentur, Nisi diligentia & Cura Illustrissimi Auditoris obesset, qui ob desiderium quod habuit inserviendi Religioni, ipsemet ad Praelatum abiuit suam voluntatem proposuit & post

multis

multis solutis Argumentis & diffi-
cultatibus, ultimatam habuit resoluti-
onem de Prelato dicente, se ultro daturum
suam, quam habebat sortem, non tamen
ratione Donationis, sed titulo Vendi-
tionis, cum nullum in ea recognosceret
debitum, hac habita responsione discur-
sum finierunt.
Sequenti die Religiosi iverunt ad Rmum
Dmum Auditorem, qui ipsis respondit di-
cens; iam primâ cleuinci difficultatem
illumque aperui, primum nunc ergo Pa-
tres Amantissimi ad alium confugite de-
fensorem, qui eliberet vos ab isto vestro
inimico; ego iam lavi manus meas,
cum iste homo communicabilis non sit.
Cum ista responsione mestitia pleni ive-
runt ad Monasterium, nescientes quid
agere deberent, Omnes siquidem portae
ipsis clausae fuerunt, redeuntes tamen
ad Rmum Auditorem suam fecerunt
submissionem dicentes; se auxilio omni
carere nullumque posse Patronum habere,
qui illos ab ista eripiat captivitate, &
ita prosternati ad pedes petebant, quate-
nus dignaretur scribere duas literas ad
Prelatum expostulans declarationem
valoris suae sortis: qui volens satisfa-
cere precibus Religiosorum: quam totius
fecit, & obtinuit suum intentum, sex-
centorum scilicet florenorum pro sorte sua.

Solvendorum Summam pertinere declaravit irrationabilis & non rationi conformis fuit petitio siquidem nec tota Lapidea hujus valoris erat, sed Pauperes Religiosi non attendentes pretio, nec valori, cervices suas inclinantes velle solvere predictam Summam declaraverunt, desiderio tanta suum redimendi Captivum, Rmus tamen Auditor Nunciaturae videns vexationem, iterum misit Grodislano, ut de certo assignato aliquam demitteret Summam, qui quamvis nolens fecit, Quadringentorum supra Quinquaginta florenorum Summam assignans, hac facta assignatione sine ulteriori dilatione Scripturam facere curarunt convocatisque partibus illam fecerunt, die Decima Septima Junij, Anno Domini, Millesimo, Sexcentesimo, Nonagesimo, Tertio, & vigesima ejusdem Mensis dedi alios Septem florenos, qui defecerunt in Summa predicta in malis Solidis; & ita fuit Satisfactio facta Patribus totius Summae in Solidum, post devictas Omnes difficultates, sine ulla mora Consilium fecerunt edificandi Templum & Domum Dei in eadem Lapidea Wastabikowska vocata, & vocantes Magistrum Architecturae conventionem fecerunt pro edificatione Ecclesiae, licet Pauperes & sine fundatore aliquo videntes tantum in Providentia Divina, qui semper Suis largiter administrat.

Compositio Contractus Patribus Carmelitis ...

Brevi temporis Spatio fuit edificata Ecclesia & translatio facta dicti Patro-

ne No-

ne Nostrae Sanctae Catharinae, Vigesi-
ma Quinta Decembris, Anno Do-
mini, Millesimo, Sexcentesimo, Nona- 1693
gesimo, Tertio. Cantauit Sacrum
Reverendissimus Pater Prior Carmelitaro-
rum Discalceatorum Conventus Sancti Mi-
chaelis Cracouiensis, qui sua solita Cha-
ritate et amore Fraterno simul cum
Concionatore eiusque Conventus et
Ordinis cum Ministris et Acolitis
venit. Festumque Nostrum Solemne fe-
cerunt. Vespere autem Concionatus
est Pater Reformatus Conventus Craco-
uiensis Sancti Casimiri cum magno fi-
delium Concursu devotione et applausu.

Facultas celebranda et
alia divina Officia per-
agendi in Ecclesia Casimiriensi
Religiosorum Patrum Ordi-
nis Sanctissimae Trinitatis.

Ioannes de Malachowice
Malachoski Dei et Apostolicae
Sedis gratia Episcopus Cracou-
ensis Dux Severiae.

Admodum Reverendo et Religioso in Chri-
sto Patri Francisco a IESU Maria

Congregationis Casimirien Ordinis Sanctae Trinitatis de Redemptione Captivorum Praesidenti Nobis in Christo dilecto Salutem in Domino et liceat tibi et alijs Presbiteris tam Saecularibus quam Regularibus per Te admittendis non tamen vagis excommunicatis Suspensis interdictis aut alias quomodolibet a iure vel ab homine prohibitis Sacrificium Missae in Ecclesia Congregationis Tuae Casimiriae ad Cracoviam Sita noviter et decenter constructa et aedificata non tamen per aliquem Antistitem Catholicum Consecrata in Altari Portatili decenter exornato, accensis candelis exornatis celebrare Campanas pro audiendo divinis pulsare, aliaque divina Officia in eadem Ecclesia libere et licite peragere, authoritate Nostra Ordinaria, qua hac in parte fungimur plenam damus et concedimus facultatem Praesentibus Literis Nostris hinc ad Consecrationem dictae Ecclesiae valituris, In quorum fidem. Datum Cracoviae in Palatio Nostro Episcopali Die Sabbathi dicio decima Mensis Junij Anno Domini, Millesimo, Sexcentesimo Nonagesimo, Quarto.

1694

Joannes Episcopus Cracoviensis.

Cuius Originale servatur in nostro Archivo Conventus Casimiriensis.

Non parum attulit pene inimico ista Solemnitas et Cupiens aliquod damnum inferre disposuit sua astutia malevolas res taliter, quod Rndi Patres Augustiniani

ni Conuentus Casmiriensis Sctae Cathari,,
nae Conuocarunt suos Confratres Phila,,
delphicos pro Contradictione facienda et lite:
contra Pauperes Religiosos, qui Opinaban,,
tur se esse securos, postquam ergo fuerunt
Conuocati ad dictam Congregationem Deo
sic disponente se excusarunt, Reverendissimus
Prior Carmelitanorum Calceatorum, in
Arenis manentium, et Reverendissimus Pater
Prior Ordinis Praedicatorum, Conuentus
Cracouiensis, Titulo Sanctissimae Trinitatis: suas
ponentes rationes in fauorem Pauperum
Religiosorum, Magni fecerunt Ponderis
rationes Praedictorum Religiosorum ob suam
Scientiam, et Maturam Doctrinam, et ita
breui euanuit intentio oppugnantium,,
eorumque Contradictio. Sed quid Mirum:
quod ipsi essent conuicti, cum Sancta Catha,,
rina esset Patrona, quae ut Constans ex-
tot conclusit Theologos, ob defensionem fi,,
dei et Castitatis, melius ergo conclude,,
ret, modo ob defensionem suam, suorumque
Filiorum, qui ad suas scientias et tutelam
refugium fecerunt, Vt possent ad securum
Portum et ita salui et liberi exirent
ab Omnibus Procelis, et tempestatibus ma,,
ris difficultatum.

Hac elapsa tempestate tranquilli et qui,,
eti manserunt, ne tamen diuturna esset
requies, breui aliam corripuerunt dili,,
gentiam, eundi scilicet ad Illustrissimum

Capitaneus Osuiecimen qui Jadowniciy manebat, Causa expostulandi Donatione aut Cessione Lapidea inscriptis, in qua ab initio Sua fundatricis manebant, qui Unanimiter coniungens cum sua Consorte Ursula cum Consensu Utriusq fecit Contractum cum Rndo Dno Francisco a Iesu Maria, qui tunc Praesidens erat illius Conventus cum Conditione tamen illos audo berandi, quia primum Cracoviam pervenerunt, hoc ergo expedito ad Sua reversi fuerant mansione, non parum fatigati & mortificati in Via ob temporis Crudelitatem, Circumstantiasq alias, quas enarrare licitum non est. ne sit scandalum audientium, Venerunt ergo Cracoviam Illmus Capitaneus et Sua Uxor Illustrissima Ursula Krasinska Comitissa de Capitanea Osuiecimen & recognoscentes Contractum roboraverunt, in Conventu Nro Casimiriens Ordinis Discalc. atque SSmae Trinitatis de Redemptione Captivorum, Coram Actis Competentibus, Die Vigesima Tertia, Mensis Januarij Anno Domini, Millesimo, Sexcentesimo, Nonagesimo, Quarto.

1694

Cuius Originale in Archivo Servatur & fuit facta Obligatio ex parte Communitatis & confirmata a loci Ordinario ut Constat ex ea, Cuius Originale in Archivo Servatur.

Benedictus Dnus Deus Israel, quia Visitavit & fecit Redemptionem Suorum Servorum a Captivitate Inimicorum Suorum & erexit Ecclesiam in Domo ipsorum, incipiens & glorificans eos, ut testatur per Regem Vatem

cum

cum ipso sum in tribulatione eripiam eum et glorificabo eum.
Ne tamen otiosi manerent et merita habendi dependerent occasione, zelum suum incessanter continuavere: et ita brevi temporis spatio Supremus Deus et bonorum Largitor suorum largitus est labore premium dans media pro duarum Lapidearum emptione seu commutatione, alterius Lapideae in Judaeorum Platea sitae, et a Magnifico Domino Cisckoski, Nostro Conventui donatae sub die vigesima Tertia Februarii Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo Nonagesimo, Quinto, et in possessione tradita, ut constat ex Originali, in Praetorio Casimiriensi facto, die, et Anno quo supra: et plus valentia lapideae Lapideae Szyszkowska et Mroczkowska vocatae, dedit Conventus Summam Quatuor Millium, Ducentorum et Octuaginta Trium florenorum, grossorum Octodecim Polonicalium, ut constat de Contractu in Praetorio Casimiriensi sub Undecima Julii Anno Domini, Millesimo, Sexcentesimo, Nonagesimo, Quinto. facto, post Contractum factum Intromissionem accipere volentes, Omnes huius praeclarae Civitatis Consules, ad easdem Lapideas cum suo Notario pro danda Intromissione descenderunt, et nullo impugnante dederunt eadem die qua supra, sed quomodo momentaneum est, quod delectat requies ista, istudque solatium

1695

1695

non diu durabat, imo brevi temporis spatio finitus fuit, dum Patres Augustiniani Conventus S. Catharinae viribus & posse Possessionem dictarum Lapidearum impediunt, praetendentes Censum Reemptionalem in Lapidea Szypiorowska adhaerentem; quorum oppositio, per spatium duorum Mensium durabat, quo tempore fuit satisfactio facta, & omnino oppositio finita, & ita potuerunt Patres pacifice ad suas intrare Lapideas, in quibus ad praesens manent.

Adhuc tamen non sunt hic finita Religionem augendi desideria, & ita cito invenerunt emendi modum partem posteriorem Lapideae Szypiorowska supra nominatam, pro quo iverunt ad Dominam Gawenska heredem praedictae Lapideae Cracoviae in Civitate habitantem, cum qua finiverunt Contractum Die Sabbatho Pridie Festi S. Casimiri Confessoris, Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Nonagesimo, Sexto.

1696 In Officio Magnae Procurationis Arcis Cracoviensis in Assistentia Personali Joannis Jasczykowic Passamentarii Civis Cracoviensis Tutores sibi ad hunc effectum assumpto & facta Intromissione in quieta manserunt Possessione eodem mense die & Anno.

§ 2dus

De ulteriori augmento, extructione & ædificatione Novi istius Convent[us] ac Ecclesiæ

Anno Dñi 1730 Dominante in hoc Nostro Regno Poloniæ Sere-
nissimo Augusto Tertio Gubernante Nostram Sacram Religionem
R.R.P. Michaele a S. Francisco Vicario Generali et in Provincia
Polona Sancti Joachimi P.F. Joanne a SSma Trinitate Ministro
Provinciali Pr Gregorius a S. Joanne Baptista Præsidens hujus Con-
ventus Cracoviensis Vir zelo erga Religionem semper memorandus
cœpit tentare et multis conatibus sollicitare Residentiam Nostram
Casimiriensem in lapideis tantum consistentem seu Domibus ex
muro antiquitus erectis sterilescentem in quibus Nostros dereliquit
(cui parcant Superi) multarum ditionum Dominus Illmus Lubo-
wiecki Castellanus Oswiecimensis hic nec solg voluit dum potuit, nec
alijs permisit ædificare.

Prima fuerat Benefactrix Illsma Helena de Potoccijs Morsztyno
wa Palatina Livoniæ Domina singularis pietatis erga pauperes
hæc partim de sua pecunia partim ab Amicis collegerat trecentos
circiter aureas, quibus habitis Pr Gregorius Noster jam credebat me-
tam tetigisse fortunæ, cœpit antiqua ædificia seu lapideas Resi-
dentiæ Nostræ diruere, materialia ad partem componere, ut detur
locus et situs Novæ fabricæ proxime incipiendæ, totum execu[tum]
celeriter adhibitis plurimis laboratoribus et factis excessivis expen-
sis tres partes Residentiæ Nostræ dirutæ et quarta jam demolire-
tur tantum preces et et Instantiæ Religiosorum effecerunt ut Pr Præ-
sidens desisteret ab ulteriori demolitione.

Sic jam facta ruina antiquarum habitationum finita demolitione
finita simul fuerat et pecunia remansimus et sine antiqua et sine No-
va fabrica. Fecerat denuo recursum Pr. Gregorius Præsidens ad Illsi-
mam Palatinam in cujg spem tam celeriter Diruerat antiqua ædificia
sed non jam illam amplius invenerat gratiosam, non solum Patri ni-
hil amplius contribuit, imo conquesta quare eandem publicat et
promulgat inter homines esse Fundatricem potius prostituit simi-
libus laudibus siquidem nunqm habuit talem intentionem fundan-
di nec vult jam amplius scire. Hic admirari liceat posteris
imitandum exemplum hujg pientissimæ Dominæ quæ copiosissi-
mas et continuas pauperibus distribuit eleemosinas illas tamen
semper voluit habere occultas vera Imitatrix Evangelij Cum fa-
cis eleemosinam noli tuba canere &c.

Durabant igitur rudera istius Fabricæ ab Anno 1730 ad annum
1741 in quo Pr. Præsidens nulli parcens labori denuo cœpit
pulsare ad gratiam Illsmæ Palatinæ Livoniæ et accedens
(fortuna Comite) reppererat solam, in Residentia sua, usus
eandem Italico modo et more supplicandi genuflexus ante can-
dem plicatis manibus lachrimabundus petijt veniam de Conti-
gentis incircumspectionibg inadvertenter factis insinuans sese

atq dirutam fabricam gratioso patrocinio & pietati incredibili memora-
tus quantum fugrat celerata innatae charitatis erga pauperes Domina sup-
plices et humiles preces Ptris Gregorij illico eucurrit et extrahens de cista
marsupium propria manu mille aureos eidem numeravit. obligans Ptrem
ad altum et strictum silentium hujus gratuitae Eleemosinae quam desi-
derabat soli DEO Remuneratori bonorum esse tantum modo notam
sic fata aliquando dum ludunt protegunt.

Hoc igitur suppradicto Anno 1741. habitis jam octodecim milli-
bus florenorum polonicalium facta provisione calcis aliisq praeparamen-
tis instituta dies 30 Junij pro impositione primi lapidis quem impo-
suit in Concursu et assistentia prima Nobilitatis tam Spiritualis quam
saecularis ordinis Eminentissimus et Reverendissimus Joannes Alexan-
der Lipski S.R.E. Cardinalis Episcopus Cracoviensis Dux Severiae
et pro futura rerum memoria, imposita lapidi lamina stannea cum
sequenti sculpta Inscriptione.

D O M

Providae Sapientiae Sapientiq Providentiae
Immaculatae Virgini Conceptae &c
nec non
SS. PP. NN. Joanni et Felici Nicolao Cajetano
atq Helenae Tutelari
Clamabit de Fundamentis Terrae ad cardines Coeli
Quia Eminentissimi Cardinalis Lipski Episcopi Cracovien. Ducis
Severiae gratiosis manibus positus est in Caput Trianguli
Nempe Ordo Discalceatorum SSmae Trinitatis Redempt. Captivor.
Anno quo lapis reprobatus ab aedificantibus factus est
Fundamentum Humanae salutis 1741. die 30 Junij

Hoc Anno posita fundamenta majoris Capellae Novae Ecclesiae
profunditatis cubitorum Octo, et postquam explanata fuerant incep-
ptus Tractus Conv. ex parte pratorij Civitatensis et supra an-
tiqua fundamenta erectus ad medietatem modernae habitationis.

Anno sequenti 1742. 19 Martij obijt in Domino
Operarius Christi Pr. F. Gregorius a S. Joanne Baptista ante
mortem relinquit in manibus cujusdam saecularis 4or Millia
et aliquot centenos florenos, qualis pecunia in integro expost
restituta Conventui ultimisq diebus Aprilis incepta con-
tinuatio fabricae Praeside ad Interim Pre Fr. Joanne a S.
Thoma. Eodem Anno 1742 5 Maij pervenit Cracoviam
N. P. Josephus ab Ascensione Minister Generalis totius
Ordinis qui aliquot diebus quiescens ex itinere movit ul-
terius Luceoriam ubi praesidebat in Capitulo Provinciali Provin-
ciae Nostrae S. Joachimi in quo Capitulo electus in Provin-
cialem pro 2da vice Pr. Antonius a SSmo Sacramento.
Praesidens vero Conventus Cracoviensis designatus Pr. F. Antonius
a Resurrectione qui finivit tractum ex parte pratorij Civitatensis

pro pecunia partim a Defuncto Gregorio relicta, partim pro materialibus antiquis quia iste bonus Religiosus vendebat lateres lapides Crates ferreas portas pariter ferreas aliaque suppellectilia antiqua Conventus huius et pro pecunia pro his rebus accepta continuabat fabricam novam illamque in principio sequentis Anni terminavit 1743

Conclusa taliter per Patrem Antonium a Resurrectione aedificatione claustri sicut praefatum, octo circiter Lustris haerebat Coenobii fabrica sterilescens. Nec mirum harum aetatum spatio illius prosecutioni haud favere fata, quae istis aevis in Demolitionem Variorum Dominiorum Structurarum fere Conspirasse videbantur Igne.
Anno enim 1747 (ut praeteream alios) in Hispanicae ditionis Urbe Madrito Palatium Stransvez cum thesauris inaestimabilibus absumpsit flamma, Rex cum consorte vix effugere incendium.
In Moschovitici Imperii Sede Moscua Mille Septingentas Viginti quatuor domos, Ecclesias Schismaticas triginta duas, Monasteria tria, devastavit incendium.
De Polonia autem quid loquendum Regionibus: Illarum Civitates plurimae, Cineres hoc saeculo persensere. In Russia Rubra Leopoli, Collegium Nostrum Integrum et templum, denique Armenorum plateam 3tia Mensis Maij ruina prostravit Ignis. Idem in Ukraina Vinniciam absorpsit mediam. Idem in Palatinatu Belzensi Zamoisciana Suburbia cuncta aequavit Solo, fortalitium ipsum aegre immune factum. Idem in Masovia Lovicii immediate a funere peracto Celsissimi Principis Primatis centum quinquaginta aediculas vertit in Nihilum.
Etiam Magnus Ducatus Lithvaniae isto tempore vidit fatales accensas flammas; Exceptis centum aedificiis ac Regia Illustrissimi Cancellarii concrematis Brestae: Majori parti Principis Oppidi Vilnae cum undecim Ecclesiis, Septendecim Palatiis, omnibus Mercatorum cameris undecima Junii non pepercit Rogus.
Albam Russiam quoque hoc inundavit ignea colluvies. Illius Urbes paulo haud totam, urbem Sclosiam funditus, Vitebscium in portione (ista Civitas exemptis circa centum Domibus conflagratis, ad aliquot centena Millia in Mercibus Numerabat absorpta a flamma) in favillam redegit.
Evolutis tandem tot infaustis Conventui huic quo ad continuandam constructionem lustris, subsecuta aetas felix, fortunata aetas, Annus 1750. Eodem quippe, postquam Mense Aprili in Claustro Posoniensi Provinciae Sancti Josephi celebratum esset Familiae Nostrae Matris Redemptoris Capitulum Generale, ibidemque finito munio Commissariatus Generalis Religiosissimus atque Reverendus Noster Pater Stanislaus a Sanctissimo Sacramento a Noviter electo Nostro Patre Commissario Generali Stephano a Sanctissimo Sacramento Natione Hungaro pro regimine Istius Cassimiriensis Coenobii Suscipiendo Accepisset patentes, jam Monasterium Non postremum erectionis auspicatum autumavitque Successum. Et haud fefellere ipsum Omina, infirma utpote Sanctis laudis Nomine locata Stanislai. Ut venit dictus Noster Pater Cracoviam ad recenter prosequendam Conventus fabricam, Universam mox convertit curam, (adhibuit) Solicitudinem. Quam licet a principio adventus non respondente votis ac desideriis effectu parum inspexerit, adverterit parum, pessumire, haud ideo (Noscens paulatim summa peti, atque Non statim ex athomis tumescere montes,) ab aliquibus pertiendis jaciendisque destitit aedificandi passibus. Imo maximo rerum fundandarum impedimento amoto, debitis contractis Ver-

lun

licet, solutis sublatisve, Spem in DEO et Providentia Patroni S. Cajetano ponens instare quibusdam reparationibus Claustri, extra here effossam de cellariis terram vetustis, exportare de fornicibus erutam terram antiquis, ac caetera peragere jussit.
Atq Sperantem in se haud despexere Numina, adjuvit Clientem fidelissimum Provisor Tutelaris Cajetanus. Mense Septembri velati lustri Millesimi Septingentesimi quinquagesimi Perillustris Magnificus atq Generosus Dominus Sigismundus Lenoski Capitaneus Lipnicensis afflatu Superno instinctus divinitus sibi immissam extruendi ex puro Nostri Monasterij Intentionem (illam DEO ipsi, Sacrisq Fratrum precibus volens habere notam, innixus Salvatoris Verbis: Nesciat Sinistra tua quid faciat dextera tua. Matth. 6.) Intentionem declaravit piam. Quare centum aureos nummos (de quibus Constructioni requisita confecta, idest Materialia in Calce lateribus, lapidibus, pro futura aestate, aliaq convecta,) recensuit, dedit ad laborum initium.
Sed non solum Conventui huic, verum integro Trinitario Discalceato Ordini Spatium aevi 1750 affulsit faustissime. Isto Sacrato, Universali Jubilaeo Romae incepto, aperta porta Sanctissimus Dominus Benedictus XIV Antistes Summus Sacrae Religioni Nostrae Excalceatae primum ecclesiasticas ad Dignitates portendit demonstravit aditum, dum Spectatis in Ordine Divo meritis Religiosissimi et Reverendi Nostri Patris Michaëlis à S. Josepho Ministri actualis Generalis eidem ad Instantias Serenissimi ac Catholicissimi Hispaniarum Regis Badiensem in Hispanicum Regione contulit Episcopatum.
Emeritissimus praefatus Noster P. multa in Sacra Religione obierat alij cum plausu haud exiguo adimpleverat Officia, at ceu Sol Stellis claritate praeest, ita caeteris illius functionibus Ipsius Procuratura Generalis in Curia Romana eminet, excellit splendidiorum. Ipsius tempore Corpus Dilectissimi Protoparentis Nostri Joannes de Matta (olim furto Romae ex templo Divi Thomae de formis ablatum, in Hispaniamq reportatum) Decreto Sanctae Congregationis non sine ingenti labore Nobis Madriti perpetuo adjudicatum fecit, obtinuit. Istius tempore, Tumbam Marmoream, cui consepultae Dominati Protoplastae Sacratissimi ante deliqueran exuviae (ijs surreptis e Ecclesia memorata, in eadem relictam) haud paucis difficultatibus superatis impetravit, possedit. Istius tempore exortas lites inter Istum Ordinem Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum videlicet tum Calceatum tum Discalceatum, nec non Mercenariorum Religionem, Solicitudine Studiosa, Studio Solicito composuit et sopivit. Ex libro itidem sub titulo Bibliotheca Critica concinnato Speciali Eruditione, Beatissimo Dno Benedicto XIV moderno Pontifici Maximo, dedicato, Magnis Venerandus in laudibus, ibi omnes specificat quotquot fuere ab Origine Mundi Authores, quidquid scripsere, succinctum exponit succincte, enarrat compendiose, discutit breviter, ac criticat.
Completo fausto isti Claustro Saeculo Millesimo Septingentesimo quinquagesimo Anno, haud ultimum huic in felicitate aliud successit sub Superioratu Religiosissimi atq Reverendi N. Patris Stanislai à Ssmo Sacramento Excommissarij Generalis, Annus 1751. Istius decursu, et comparatis ad erigendum provisionibus opportunis lustro praecedenti, non modice crevit continuatio fabricae Mensis Martij 27 Die inchoata. Enim vero praeter translatum, ad fundamenta pones januam Vestibuli Coenobij jacentia principaliorem, recens humo effossa, in altum deducta, superius fornicibus composita, contectaq, locum communem, praeter culinam ligneam prope eundem fundatam, veteri Monasterio versus vetustum templum vergenti ad fundum diruto, Antiquo Refectorio et culina (exstat ea in planitie nunc devotionis Capella) ad imum demolito, Novus tractus Conventus coeptus à fundamine, dilatatus ample, ad condignationem supe-

riorem

riorem erectus evectus haud pusille, tecto per lignifabros coopertus perbelle, relictis solis lacunationibus pro succedentis ætatis spatio integre perfectus surrexit.

Neq Annus 1752 Præsidente hujus Claustri Religiosissimo atq Reverendo Nostro Patre Stanislao à S.mo Sacramento propter Nostram Sacram Religionem Excalceatam Sæculo præterito Millesimo Septingentesimo quinquagesimo, propter Cœnobium istud Cracoviense prælapsis ambobus ævis nempe tam quinquagesimo ipso, quàm quinquagesimo primo supra millesimum Septingentesimum, posterior Secunditate fuit. Non fuit inquam Secunditate posterior propter Nostram Sacram Religionem præterito Sæculo Millesimo Septingentesimo quinquagesimo. Eo namq labente convocata Romæ Sacra Rituum Congregatione Die 14 Julij Mensis de Virtutibus Theologicis in Ordine ad Beatificationem Venerabilis N. P. Reformatoris Joannis a Conceptione B. V. M. agitabat causa, et favorabile per Sanctissimum D.num Benedictum XIV Antistitem Summum feliciter regnantem Nobis concessit exivit latum Decretum.

Non fuit posterior propter Istud Cracoviense Monasterium prælapsis ambobus ævis quinquagesimo solo, ac quinquagesimo primo; Illo quoniam currente, demptis relictis lacunationibus, ferritoriorum, Cellar, Ecclesiola, sine mora elaboratis affabre, demptis murorum omnibus fabricatis de novo stabilitis cæmento inalbatis, perfectionatis, demptis Capellæ devotionis foribus accommodatis Residentijs Religiosorum ostijs atq fornacibus suppeditatis, Sacristiola ædificata de ligno, obtecta, ambulacro è medio territorio deorsum existente ad eandem facto de asseribus, operto, fenestris datis ubiq, dein dempta Ecclesiola neoexstructa ab Ill.mo Rdissimo D. D.no Nicolao Lipski Officiali Cathedrali Cracoviensi, Canonicoq, 2da Die Septembris solemniter benedicta, et per immolatam ab isto Unig ac trini Numinis Nomini decantantibus Musicis hostiam primario, condecorata, Negotium circa Venditionem Medietatis horti Vocitati Kosieczkowskczowskie pluribus ætatibus cum Laurentio Ostrowski absq profectu transiens, velut videre licet capite 5to de Bonis Immobilibus hujus Conventus pagina 437 atq pagina 438 devenit ad conclusionem, terminatum stetit.

Sic in parte expleto claustro Ventum ad Novum erigendum Templum lustri Quidemmet Millesimi Septingentesimi quinquagesimi Secundi tempore. In Cujus Inceptionem ex veteribus fundamentis olim per Patrem Gregorium a S. Joanne Baptista pro Ecclesia erigenda impositis, totaliter solo erutis, ad fundamina penes modernam Capellam devotionis recens imo effossa, Universa Saxa translata transportata mansere. Primum Lapidem in fundamentum Novæ Ecclesiæ jecit 3tia Novembris Illustrissimus Rdissimus D. D.nus memoratus Nicolaus Lipski cum tali plumbea tabella intrinsecus saxo inclusa Inscriptione.

D. O. M.

Huc descendo

Denuò claudendus terræ Visceribus.

Iterum Sol Vale

Vale natale Solum.

Me posuit

Eminentissimus et Reverendissimus Dominus D.nus

IOANNES LIPSKI

Episcopus

Episcopus Cracoviensis, Dux Severiæ, Die 30 Junij, 1741.

Me transtulit

Illustrissimus, et Reverendissimus D[omi]nus Dominus NICOLAUS LIPSKI Canonicus Cathedralis et Officialis Cracoviensis, Præpositus Kielscensis.

Fui dicatus

Sanctissimæ TRINITATIS Honori,
Beatissimæ Virginis MARIÆ Cultui,
S[anctoru]m Joannis, Felicis, Cajetani, Josephi, Nicolai, atq[ue] Helenæ Venerationi.

ANNO

Quo pondere oppressus respiraverat Orbis 1752.
Die 9tia Novembris.

Perillustris etiam Magnificus Generosusq[ue] Sigismundus Lipowski Capitaneus Lipnicensis Anni ejusdem 1752 Spatio fecit Suâ Munificentiâ huic Cænobio, obtento Jure caduco Super Bona Joannis Rawert Civis Biatensis post Illius mortem a S. R. M. pro eodem Conventu. Ipsius Juris hic apponitur Copia.

Jus caducum post fata Sterilia Famati Joannis Rawert Incolæ Oppidi Biata Capitaneatûs Lipnicensis Super Bona Ipsius pro Fabrica Ecclesiæ et Monasterij Religiosor[um] â Redemptione Captivor[um] Conventûs Cracoviensis datum.

Augustus Tertius DEI Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Kijoviæ Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæq[ue]. Nec non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector.

Significamus præsentibus Literis Nostris, quor[um] interest Universis et Singulis. Quod cum Famatus olim Joannes Rawert Civis Biatensis Capitaneatûs Nostri Lipnicensis Steriliter de hac luce decesserit, Bonaq[ue] Ejus Immobilia in Oppido Biata, et mobilia ubiq[ue] locor[um] existentia, ad fiscum et dispositionem Nostram Regiam devoluta Sint eandem Substantiam Juri Caduco obnoxiam pro Fabrica Ecclesiæ ac Monasterij Religiosor[um] a Redemptione Captivor[um] Conventûs Cracoviensis applicandam, ac convertendam esse Censuimus, et applicamus; ut vero Intentio Nostra Suum Sortiatur effectum, Generoso Sigismundo Lipowski Capitaneo Lipnicensi et Succamerario Nostro committimus, quatenus Constito de non Existentia Successor[um] Ejusdem Famati Joannis

ris Rawert Bona omnia Mobilia et Immobilia Summasq quasvis Pecuniarias et apud quascunq Personas haerentes Vindicet, et post Vindicationem, Bonorumq Immobilium in Biata Sitorum alicui Civium Biatensium divenditionem, Summam ex derelictis collectam pro Fabrica Supraexpressa cui competierit extradat, omnimodam in praemissis facultatem damus et concedimus. Quod Omnibus, quorum interest, praesertim vero Magistratui Oppidi Nostri Biata, alÿsq quibusvis Subsellÿs, Officÿs, et Magistratibus, sub quorum jurisdictione Bona praefata et Summae Pecuniariae reperta fuerint notum esse volentes, Mandamus, ut requisita à praedicto Sigismundo Linowski Capitaneo Lipnicensi et Camerario Nostro Bona omnia et Singula Sterilibus fatis praefati Joannis Rawert derelicta in realem et effectualem sine quavis mora et difficultate extradant Possessionem, utque ipsis quàm primum potiatur curent. Pro Gratia Nostra. In Cujus Fidem Rei praesentes manu Nostra Subscriptas, Sigillo Regni Communiri Jussimus. Datum Varsaviae die Decima quarta Mensis Septembris, Anno Domini M DCCLII, Regni vero Nostri XIX Anno.

Augustus Rex.

Antonius Sikorski
SRM Secretarius.
mp.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo quinquagesimo Secundo Decima Sexta Octobris in Acta Civilia Sacrae Regiae Maiestatis Biatensia inductum et ingrossatum.

Pro Cancellariatu
Illustrissimi et Reverendissimi Domini Domini Michaelis Wodzicki Decani Cathedralis Cracoviensis Abbatis Commendatarÿ Vachocensis, et Czervenensis Procancellarÿ Regni

Sigillatum

(L.S.)

Denique quàm perfectus praefatorum Lustrorum tempore Regiminis Religiosissimi et Reverendi N. P. Stanislai à Ssmo Sacramento in Hoc Claustro Cracoviensi, tertio fuerit, Ejusdem munium, Annus 1733 terminans ostendit, dabit clare. Istius enim decursu praetermissis Saxis expolitis grandibus ad frontem Ecclesiae Novae opportunis convectis, calce, alÿsq Necessarÿs ad fabricandum Paratis, praetermissis in decorem Domus DEI duabus Casulis cum Pluviali albi Coloris, atq tabernaculo acquisitis, per Perillustres Alsacios Capitaneos Raviccenses Comparatis, tertia Ecclesiae

Vasa

Casula ab Illustri Debinska Dapifera Cracoviensi donata, demolitio antiqui templioli pro recens erigenda Ecclesia 24 Februarij cepta; feria 2da Majoris hebdomadæ ad fundamenta stetit finita; dimensio pro noviter construenda Basilica feria 4ta hujusmet Septimanæ mansit peracta, demum effossio pro facie templi ab eadem feria 4ta inchoata usq ad feriam VIam Sextam ante Capitulum Generale cadentem (: in qua Imum jactum fundamen pro fronte Ecclesiæ:) propter murorum veterum difficillimam diruitionem perdurans apparuit, cura dicti Reverendi N. P. studioq conclusa completaque. Egerat adhuc ille plura in emolumentum istius Conobij, si extorqueri non a toto Ordine Ipsius in Ministrum Generalem electio Barcinonæ in Hispania facta his solicitudinibus haud imponeret finem. Liquet id ex Literis N. P. Roderici a S. Laureano et P. Hyronymi a S. Augustino primi Definitoris Generalis, Alterius Provincialis Provinciæ Hispanæ Transfigurationis, ipsa die Electionis in Generalatum videlicet 19 Mensis Maij datis. Unius tenor est hujus modi Congratulatoriæ Epistolæ.

Ave Maria

Amantissime in Christo N. P. Generalis.

Illuxit tandem Mihi, ac toti Ordini Nostro faustissima optatissimaq dies, cum Reverentia Vestra Supremus Ordinis moderator communi omnium calculo inauguratus est. Tot enim Italiaq de Reverentia Vestra fama vulgaverat, ut dignior ad Generalatum nec cogitare quidem posset. Etenim in Reverentia Vestra omnes mirantur fidelissimum legum Nostrarum custodem, dexterrimum Fratrum Rectorem, atq ad negotia Religionis agenda, expediendaq nulli parem. Hinc Electionem Tuam cuncti concordi plausu exceperunt, ac ego nulli cedere volens, omnium primus ex animi Sententia Mihimetipsi gratulor, quod Suffragium Meum ita felix evaserit, ut ex eventu non dubitem, quod errata mea emendentur, gloria DEI accrescat, et Religio ingenti splendore sub tali Duce augeatur. Quare DEUM Ter Optimum Maximum enixe rogo, ut Reverentiam Vestram diu incolumem servet, dum præ gaudio ulteriora scribere non valens Vestræ Reverentiæ addictissimus supersedeo. Barcinonæ 19 Maij Aº 1753.

Reverentiæ Vestræ Reverentiæ Obsequentissimus Servus & Filius.

F. Rodericus a S. Laureano. mp.

Alterius Epistolæ Congratulatoriæ sequens Stylus.

Ave Maria.

Reverende Noster Pater Stanislae à Ssmo Sacramento, mi Amantissime Dñe Benefactor, ac Prælate.

Deficiunt mihi voces, quibus Vestræ Reverentiæ explicem mei cordis lætitiam voluntatis meæ gratitudinem, qua cum cæteris cooperatoribus ad Nostrum Capitulum Generale concurrentibus habui honorem exhibendi Suffragium pro dignissima exaltatione Vestræ Reverentiæ ad culmen Generalatus totius Nostræ Religionis jam pridem debitum Religiositati, Sapientiæ, pietati, prudentiæ, ac cæteris dotibus Personæ Vestræ Reverentiæ. Proindeq Nomine meo meæq Provinciæ Transfigurationis cujus sum Provincialis licet indignus, suppliciter peto Ssmam Trinitatem, Sanctosq Patres Nostros, vitam Vestræ Reverentiæ suo amore prosequantur, ut...

isaq felicitate plenam, quo Nobis, Nostrisq addictissimè Provinciæ impertet quantum cupere velit. Vitas V. R. quò diu felicissimè regnet. Barcinonæ Die 19 Maij Mensis Anni 1753.

V.a R.da Servus addictissimus et humilis ac Subditus.

F. Hieronymus a S. Augustino m.p.

Accepto harum Literarum nuntio de electione sua in Ministrum Generalem decima Nona Maj Mensis A.o 1753 peracta, Religiosissimo ac Adus N.P. Die SS.mæ Trinitatis festo, ante Vesperas, P.f Raw.mo P.rm Raymundum Ordinis S.P. Francisci Reformatorum Definitorem Generalem sunt allatæ, receptæ in posta feria 3tia post eandem festivitatem Die scilicet 19 Mensis Junij A.o Currenti Cracovia Custochoviam, illa Bialam, Biala Zasloviam profecta est, relictis pro expensa Fabricæ Undecim Millibus Sexcentis Triginta Septem florenis currentis Polonæ Monetæ, pro Conventus vero Necessitate tribus Millibus Octingentis Triginta Octo, in Arca Trium Clavium. Quo abscedente quales Fabricantis Templi fuere Successus. Licet enarrare.

Captum fundamen pro Navi Ecclesiæ, antequam N.P. Josephus a Sanctissimo Sacramento designatus Præsidens obtinuit administrationem Cœnobij: Vetus Columna una Solo diducta stetere. Obtento autem ab eodem Monasterij Gubernio, et bases de lapide expolito pro fronte templi cum elevatione paulum supra terram comparuerunt locatæ, die 4ta Mensis Junij; et quidque Colossi ab imo ad superficiem terræ, quibus paulo minus adæquate cæteris. Nam Rdus N.P. M.r Fratris [illegible] revertens die 4ta 9bris Zasloviâ Custochoviam Ali hic 23 ejusdem A.o 1753 pertingens, jussit operi propter intemperiem aeris et festinum S. Catharinæ, Die scilicet 26 9bris, ponere terminum perveniente erecti.

Mira res hic nec prætereunda in jaciendis Ecclesiæ Columnae fundamentis accidit, dum enim tum propter Materialium commodiorem collocationem, tum propter Muratorum Meliorem commoditatem, de Sepulchro antiquo alium altiorem in locum transportantur defunctorum urnæ, ecce in Tumba cujusdam Matronæ aperta, Bapt. necessitum qua de Causa reposita reperiuntur Catellorum Caninorum capita, videre istac cuncti Religiosi fore eo ipso Juventionis die, scilicet Augusti 1ma, Videt N.P. Josephus a Sanctissimo Sacramento Loci Superior, et P. Joannes a SS.ma Trinitate Bralilovensis Præsidens, jussit ergo illa extra Clausuram aspersari ac in devijs projici. Neq contemnenda istius Anni spatio Studentium Cracoviensium Civitate accidit revolutio, quæ velut de exiguis athomis excelsi tumescunt montes, de parvis rivulis alii lativè exundant fluvij, de minima Scintilla maximum assurgit incendium, de re pauca excrevit in tantum, ut Coronandorum Regum Sedem, alteram Romam, Principem Sarmatiæ Urbem, Cracoviam, ultimum paulò haud traxerit ad exitium. Tragædiam hancce excipere libet ab initio.

Consvetudinem habent ex lege Cives Cracovij quotannis Feria 2da post Octavam SS.mi Corporis Christi Gallum gallinaceum è solido auro fusum, inclusum clenodijs, solemni pompâ in Gymnasium jaculatorium versus januam Divi Nicolai situm, deducere, atq figuram instar ejusdem effabricatam de ligno, plumbeis glandibus pixide, inchoare, illo fine: ne non quis supramemoratam metam ad Anguem dejiciat, liber fiat à teloneis, vinô in Poloniam ex Hungaria asportandô, solvendis, Vulgôque Regulus nuncupetur.

Agitabatur dicta explosio ad diem 1mam Julij Mensis, scilicet

Sabbathum

Sabbathum, quopiam absq rumore; Illo advesperascente, pueri insolentes, porta Nicolaica ascendentes propugnaculum, inde Saxa jactitare in populum, turbare lapidibus turbam, haud desierunt. Ægre ferens petulantiam parvulorum Civitatensis peditatus Subcenturio, adire Turrim milites, propulsare dehinc Juventutem, jussa tulit.
Vix pulsa exstitit per peditem exequentem mandata Præfecti de turrigero Vallo, Infantum Insolentia, ecce! Stratagemma novum: Quidam Studiosus Bursæ pauperum Colonus, Przybyleccius cognomine, ad Scholam Vibratoriam agenti excubias militi, impegit alapam, ac tanti facinoris ut rendignosceretur Author requisitus in Custodiam, profugus ad Palæstræ explosoriæ Superiorem aulam, variæ conditionis latitare optabat inter homines. Ast haud inveniret occultandi locum, abiret in Sequestrum, si Studentem eundem esse resciretur; Acceptâ siquidem hac Notitiâ Urbis Optimates Stipendiarios à proposito detinendi illum sinere imperavêre, solum-modò ad Perillustrem et Admodum Reverendum Dominum Academiæ Rectorem, ne tale Crimen impune pateretur, submisêre Legatum.
Antequam redijsset nuntius, suumq Discipulum Przybyleccium ad Judicia Rectorialia, atq discernendam causam, adveniens Professor recepisset, reliqui Scholares tumultu facto, circumcursare pedites, aggredi, arma eripere, locô movere, præsumpserunt; Licetq istos proprios ausus juveniles, frustrari senserunt, nominatum nihilominus Sancti Nicolai propugnaculum, oppetere Saxîs, lapidum fragmentîs oppugnare Stipendiarios, haud cessarunt.
Jam grandis exorta & exorsa tempestas, exercitium explosorium in tempus Serenius differre suadebat, nisi Consules, ipsam Sequentis diei Dominicæ luce minimè suscitari cernentes, Verbo omnis Securitatis pleno Perillustris Admodumvè Reverendi Domini Rectoris nixi, penitus extinctam credidissent. Sed fidem certam, non tamen evidentem, contrarius probavit eventus.
Dum die Lunæ, assignatum ad Scopum sine cuncto tumultuario Strepitu continuatur in Vesperam usquè petitoria exercitatio, en! congregato circa horam Octavam sub templum Sancti Joannis agmine Studiosi, revertentem domum è gymnasio jaculatorio Spectabilem Karaszewski Scholæ Vibratoriæ Seniorem gallo aureo gravem, captivare, nec offerre tetendêre insidias.
Actum foret de eodem, perijsset, si non diversa, ex Numinis dispositione conversus platea, fugâ Vitæ ad extremum consulens, suam intrasset lapideam, atq hinc providens periculum per tecta in claustrum Religiosorum de Pœnitentia divertisset.

Tumultuantes

Tumultuantes siquidem illius hærentes Vestigijs, nullis tam Spiritualis, quàm Sæcularis status, ipsorum Professorum quoq; abduci valuerunt persvasionibus, quin ad quærendum istum fores ædium recludere, hypocausta, & cellaria excutere, irent o: missum.

At in tuto positus Karaszewscius, eorum furias a: spernebatur in toto: Quid agerent igitur illo haud reperto, igna: ri; Prætorium ubi Peditatûs Urbis Conclusus perstabat, expugna: ri visum. Itaq; advolando in istud fenestrarum vitreas tessellas effringere, ostijs quatiendis ligneas machinas apparare, cir: cumducere, vi impellere, inchoarunt absq; mora.

Quanto turbini res essent commissæ Civitatis ruminans Peditatus Subcenturio cognita multitudine exorbitantium im: mixta Studentibus ob captanda è Incolis Spolia, milites voca: vit ad Ordinem, primùmve pulvere tantum nitrato, pro incuti: endo metu onustas fistulas detonare, ultimò salvando juraatq deposita Urbis gravatas ignitis globis bombardas exonerare, de: mandavit. Non fuêre jacula sine ictu, unus advena istius pro: cellæ expectans exitum, telô percussus occidit: Sic haud parcunt Parcæ innocentibq, diu servant noxios morti diriori durioriq fatœ. Bellonam Spirare Præfectum militum agnoscendo Scholares, op: portuniori furiæ Expugnationem temporis reliquerunt spatio: Is: terea Nobilis ac Spectabilis Turyani tunc Urbis Præsidis adeò sum: mo impetu invasêre Domum, ut fragor jam in aperiendis fori: bus ariete excitatus, jam in extundendo fenestrellarum vitro cautibus exauditus, virtutes quodammodo Cælorum commoveri, quodammodo Stellas de Polo cadere, extremum Iudicij imminere momentum quodammodo, nuntiaret. Durabat tempestas ista & acribus repressalibus ab intus datis emollita nihil, & lenibq in: perijs Perillustris Admodum Reverendi Domini Rectoris intrò præsentis satis obdurata magis, ad solum Diei Martis Orien: tem Solem, idest, tota nocte ad Feria 3tia mane; Eo illuce: scente turbulenti motus excitatores lapideæ Proconsularis fru: stra se advertendo præstolare deditionem, ne aliquid audaci pe: tulantiæ, atq petulanti audaciæ desit, in cætera patranda sce: lera stetêre resoluti. Nimirum:

Ad Ianuas Civitatis properinis festino passu accurrêre clausas violenta adjecta manu reclusêre, reclusas ob seditiosum rumorem carentes Vigilijs, custode nemine dimisêre. In forni: ces demùm pyriæ arenæ, globisve missilibus vendendis destina: tos properarunt, occlusas reserarunt, reseratos ex recondita utraq præfata materia, nempè nitrato pulvere, glandibusq ad ducentas Septuaginta libras spoliarunt, ipsorum adminiculo du: cere cuniculos in Prætorium, illud æquare terræ, aut ligneas

cadercas

cameras pici distrahendæ deputatas, accendere, intentando. Fecis: sent hoc sanè sine dubiò si Oculi Civium ad opera ista intenti permansissent.

Improvida ergo vigilantia, & Vigili providentia In: colar operam ac oleum se perdidisse rati Studiosi, ad Novam por: tam festinare, illac sex tormenta bellica adstantia auferre, versus Collegium majus agere, atq eisdem contra Curiam fulminare, con: silium inivêre. Perduxissent excogitatam Sententiam in effectû si ad manum foret robbantium Catapultarum librator, scilicet in isto adinveniendo non comparuisset defectus.

Verum deficiente ipso, intendum conceptum sensum suspendere, seq solis circa meridianam horam undecimam Cu: riæ aggressionem instaurare decreverunt. Proinde coacervari citò, aciem instruere fortiter, invadere Prætorium audacter, incepêre ite: ratò.

Ast primæ irruptioni insecundæ, correspondit Secunda, unô amissô Seditioni adhærente Cancellariæ alumnô, campô cede: re fuerunt coacti. Re taliter succedente infeliciter calidius irâ exardescentes Studiosæ juventutis animi, ad conquirendum jaciendor è balistis globor peritum hominem, omnes posuêre curas, cunctas e: xeruêre vires. Quem cùm jam haberent, jam fatalia quoq mini: tarentur Curiæ, Magistratus Summum Urbis ac Ecclesiarum pro: spectans periculum, capere enses incolas, stringere arma Cives, con: venire in Prætorium Universos, imperavit.

Alterutra pars hoc Aquilone flante, occasum sibi autu: mabatur fatalem, nisi pacem amantes Superi post tot nimbos Serenum invehere voluissent. Illmus atq Excellentissimus Dominus Szembek Palatinus Siradiensis istos utrisq allaturos ruinam pen: sitando motus, quàm ad Nobilem ac Spectabilem Turyani Præsiden: tem Civitatis, quàm Studentes admonendo concordiæ; imò mediato: rem sese illis offerendo, suos assistentes Legavit. Acceptavit con: ditionem Proconsul, Studentes etiam talis Nominis reveriti Umbram multùm è tumultu remittentes confestim, pacem haud aversati.

Memor itaq sui Verbi Illmus in crastinum Templum Acade: micum Sanctæ Annæ petijt, videlicet Feria 4ta, ibidem combinandarum partium cepturus sessionem; At Urbis deputati eo loco suæ immunitati diffisi, Ecclesiam SSmæ Trinitatis PP. Prædicator, ad definiendum nego: tium tantum, concludendumve elegerunt. Istam obrem Illmus Palatinus infirmæ Valetudinis opponens rationem, suam regressus aulam, atq Palatium proprium ante Basilicam P.P. Carmelitarum in Arenis situm, postera die, nempe Feria 5ta, tractatui indixit Solemni.

Concurrêre ad feriendum pactum assignato tempore, & situ, utriq, tandem aliquot horis perseverans combinatio, punctis hinc ac inde statutis, susceptisq tuba concordiæ insonante Echo, ad Vesperam conclusa stetit. Huic tamen paci non confidendo Urbs nimium, Incolas in januis atq Prætorio tenere Vigilias, paratos ad Universa esse man: data egit.

Haud in vanum prædictæ apparuêre custodiæ, quidam

rebelles

rebelles homunciones colligati olim studiosis, non famulis tan:
tum Praesidii Civitatis, non Militibus tantum, non Civibus Prato:
rium cum armis adeuntibus, occasiones ad pristinas rixas tribuere,
sed nefanda perpetrare (taceo Scelus commissum in Noviciana
lapidea) extitere ausi, praesumpseruntque. Istos, Magistratus inqui:
rere, condignè punire, flagitii ingentis convictos plectere capite
aliòs, alios secare medios, degendereve è palis membra dissectorum
fecit Sententiam. Sic tragica finita comedia, Scena totius feralis
sic persolutus epilogus. Ast redeamus ad nostra.

Alterae quoque ad Reverendum Nostrum Patrem Generalem Ministrum i:
sto districtu missae sunt Epistolae super obtento Generalatûs munere i:
psi complacentes. Prima P. Cypriani à Ssma Trinitate Ministri Pro:
vincialis Provinciae Sancti Josephi in Germania, Vocalis in Capitu:
lo Generali Barcinonae celebrato.

Ave Maria Ssma.

Reverende in Christo Noster Pater Minister Generalis.

Dies hodierna cunctis in Capitulo Generali congregatis, et mihi prae:
sertim illuxit gaudiosissima, qua Reverendus Noster Pater in Su:
premum totius Beatissimae Religionis Nostrae Caput Unanimûs Omnium
Vocalium Suffragiis justissimè, ac meritissimè electus est. Ex corde igitur
congratulor, felicissimumque Gubernium precor, me vero in numerum in:
fimorum Clientum adoptari submississimè flagitans hisce humiliter
notum facio: quod sim

Reverendi Nostri Patris Ministri Generalis

Barcinone 19 maii
1753.

Clientum infimus.

Secunda P. F. Gabrielis a Conceptione B. V. M. primi Diffinitoris Provin:
cialis Provinciae Transfigurationis in Hispania.

Ave Maria Ssma.

Reverende in Christo Noster Pater Minister Generalis.

Benedicta sit Ssma Trinitas, quia venit illud jam felicissimum tem:
pus, tamdiu à me non minùs conceptum, quàm impatientissimè de:
desideratum, Assumptionis Reverentiae Vestrae ad primam Sedem
Religionis, et totius Ordinis Generalatum. Gaudeo, iterumque gau:
deo, et Patribus omnibus (cumquibus sinon iure, in votis fui.)
Vocalibus debitam plausibili Electione gratias ago innumeras. Gau:
deas & Tu Florentissima et tot Virtutibus vernans Provincia, quae
de Tuis Filiis, Tibi, & Nobis, talem Patrem Venerandum, & Colen:
dum proposuisti; grato animo scias Ipsum, & Te, indissolubili nexu
complectimur, et toto cordis affectu prosequimur. Superest ergo
Reverende Noster Pater ut tota Valetudine, et felicitate sursum tene:
nus ad Majorem DEI, & Religionis Gloriam exerceat, sicut Pa:
tres desiderat.

Reverendi Nostri Patris Ministri Generalis

Hispali 5 Junii
1753.

Humillimus Subditus et addictissimusque Servus.

Haud solùm exterorum Nostrorum Religiosorum literae de consecuto
Ministerii Generalis Officio applausum fecêre Reverendo Nostro
Patri, ipsum reducem (ut supra insinuavimus Die 23 9bris.)
Moraviâ Cracoviam aperta amicorum tum Spiritualium, tum

Secularium

tum Secularium pectora non prætermissâ omnis Solemnitatis pompâ velut Cor suum recepissent haud dubiè, ipsum reducem hujus Conventûs Casimiriensis Patres ac Fratres præscriptis, ad tenorem manualis Ordinis, ceremoniis, uti Principale Religionis caput consalutâssent debitè, istud velle, istud votum erat, utriq summo honore tanquàm advenientem Superiorem Generalem ex gente Lechica Primum excoluissent condignè, si pro innata modestia id totum declinans Cænobium non intrasset tacitè. Quod tamen publicè fieri haud valuit, stetit peractum privatim: Varij charorum tam Spiritalis quàm Secularis status diverso tempore illi visitationibus parentavêre suis.

Excelluit inter cæteros Reverendi Patris Domaracki è Societte JESU olim Provincialis, tunc Collegij Cracoviensis Sancti Petri Rectoris humanitas; Ipse vix binis diebus capto de itinere quietis Reverendo Nostro Patri concessis, hunc dies istud luce dignatus est visitare: cui Reverendus Noster Pater Minister Generalis stationem visitationis reddens die sequenti, dum P.P. Diffinitoribus Generalibus associatus, Collegium dictum petijsset, venientem integra Communitate præstolante excepit non modo in janua, ad interiora vè claustri perduxit, verùm ipsâmet congregata ad pulsum Campanæ, post brevem spatij moram, in Monasterium proprium redeuntem, ad redam usq fuit comitatus.

Nec contentus permansit præfatus Reverendus Pater Domaracki Ex Provincialis hac præstita affectus expressione Reverendo Nostro Patri Generali Ministro, in Festo Sancti Francisci Xaverij pro Sacro cantato invitatum haud absimili prosecutus est reverentia, jam enim hunc omnibus P.P. Societates JESU collectis expectare ad portam, jam in Ecclesiam cum cunctis hunc deducere, jam Missæ ab ipso canendæ plus minus viginti P.P. Jesuitas ad altare assistere indutos, jam eidem in Concionis fine dicere Panegyrim per P. Prædicatorem suum è pulpito, promere multa elogia, jam finita in templo Solemnitate exorare ad Refectorium, splendidè tractare, in Currum dein cum P.P. Collegij (convivio terminato) quot qui erant, sequi, non omisit. Soli P.P. Societtis JESU (ut verum fateari) id Reverendo N. Patri hommagium præbuere, aliæ Religiones (nescitur quo furiarum impellente Numine, sive invidiæ, sive inurbanitatis causâ, admirantes tantum, rem Singularem, rem inauditam, rem à Seculis inpracticatam, natione Polonum Generalem factum, cujus jurisdictio haud per Europam solum, ast ad Indias usq extenditur) declinabant à visitis.

Postquam Acta Anni præteriti 1753 recensuimus, insequentis Anni 1754 gesta duximus enarranda.

Anno itaque, guberny Petrinæ Classis fortunatissimè per Sanctissimum Dominum Nostrum Benedictum XIV quinto decimo, Moderaminis Imperij Romani prosperrimè per Augustissimum Franciscum

Franciscum Primum decimo administrationis Regni Poloniæ feliciſsimè per Sereniſsimum ac Invictiſsimum Augustum Tertium Vigesimo primô Regiminis integræ Religionis Discalceatæ Sa: cratiſsimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum secundiſsimè per Reverendum nec non Religiosiſsimum Nostrum Patrem Stanislaum à Ssmo Sacramento Majorem atq Generalem Ministrum natione Polonum secundò, absolutum fuerat in Nostro Conventu Berestecene Domo Novitiatûs Præside Specificato Reverendo Nostro Patre Mini: stro Generali congregatis omnibus vocalibus necessarijs & liberis nu: merô quindecim Octavum Capitulum Provinciale. In illo electus erat in Provincialem Pr Josephus à JESU MARIA quondam Ex Diffini: tor Generalis. Diffinitores Provinciæ sequentes quatuor, Pr Josephus à Ssmo Sacramento, Pr Benedictus à Sancto Christophoro, Pr Mari: anus à Sancto Stanislao, & Pr Leo à Sancto Michaele. Ministri Conventuales vero, Leopoliene intra muros, Pr Martinus à Sanctiſsima Trinitate. Extra muros Pr Josephus à Sancto Dominico, Berestecene Pr Franciscus à S. P. N. Felice, Stanislaoviensis Pr Raphaël ab Angelis Luceoriene Pr Augustus à Sancto Joanne Baptista, Antecessensis Pr Ignatius à Sanctis, Trinitopoliene Pr Lucas à Sancto Cajetano Orsensis Pr Theodorus à Sancto Josepho. Deinde Redemptor Capti: vorum Pr Jacobus à S. Margarita, Procurator Provinciæ Pr Thadæus à Ssma Trinitate. Ejusdem Anni spatiô Ssmus Dnus Noster feliciter regnans Benedictus XIV omnes ac singulas Indulgentias Ordini No: stro atq Confraternitati à suis Prædecessoribus concessas confirmavit: Insuper ampliavit privilegia gratiasq maximè in eo, quod absolutio: nem Generalem quinquies ad Annum antecedenter impetratam ex: tendit ad festa Sanctorum Joannis Felicisve Parentum & Proto: plastarum Nostrorum, in ipsis fieri illam posse, indulgendo.

Hujusce Summi Pontificis gratiâ ad Instantiam P. Amadei Pro: curatoris Generalis data est Facultas Superioribus Generalibus Ordinis à tribus Annis fore, posse transferre Indulgentias de die Cinerum de Feria quinta Majoris Hebdomadæ, de Festo Sanctæ Catharinæ Virginis & Martyris, una cum Absolutione Generali; excepta Solemni: tate Sanctiſsimæ Trinitatis ac Divæ Agnetis Edô:) in aliam diem festivam, semel per loci Ordinarium determinandam.

Sub isto itidem Antistite maximo Anno proximè elapso 1753 ce: lebrata stetit Sacra Rituum Congregatio Mensis July 17ma die in cau: sa Venerabilis N.P. Joannis à Conceptione B.V.M. de Virtutibq Ejus: dem Theologalibus, utpote Fide Spe, Charitate, et ubi illam ... fortu: natè credidimus successisse, ali nos solum Spei favorijs ... falli reapse vi: dimus; cum ergo secundi eventus (: ut Anno ... dicto superius constat expressum:) mox describendam contra Servum DEI objectionem posi: tam ...facto tali emanatam audivimus.

Accesserat Vallisoletum propagandæ Fundationis locô Venerabilis N.P. Reformator in itinere casualiter ac incautè affectus peste, istudq malum (: omnibus in se pallidam faciem spectantibq atq latentem advertentibq in: firmitatem:) præ verecundia forte, non solum coram PP Carmelitis a: pud quos hospitatus fuerat, non solum coram Senatoribus quos allocutus fuerat, celabat; sed etiam coram proprio Socio negabat, occultabat, hucusq: quousq ea Urbe redux favore Divino, protegenteve se Dextra Altiſsimi, Sanitatem consecutus, quid accidis: set sibi, Universis fateretur.

tantum

Tantum gestum accipiens ad trutinam Sacra Rituum Con:
gregatio opposuit; Famulum Numinis aperte contra Virtutem
Charitatis excessisse; Nam quilibet pestilentiâ infectus juxta
Canones & Theologos in Conscientia obligat, haud tantum non
occultare se laborare hoc morbo, at fateri; consequenter declina:
re à Parentibus, amicis, ac alijs nè illos similis ægritudinis ex:
ponat periculo. Atq istis perpensis erat in intentione ferendi
Decretum erga Servum DEI, ut amplius haud proponeretur in
Ordine ad Beatificationem, nec Opus ultra continuaretur Causa.
Hoc nihilominus Anno descendendo ad mitiora adhibitis à
Patre Procuratore Generali Romano varijs authoritativis in:
stantijs, mense Junio favorabilem tulit omnibus Votis decisio:
nem, et ulterius disposuit promovere Causam; Factum tamen
pestis inhibuit, nè in Vita V. N. P. Reformatoris imprimat, ac:
si fuisset res bene facta, atq licita, peste infecto ob spem mi:
raculi cum hominibus communicare, Fundationemq licet bo:
num Opus procurare.

Talibus objectionibus prosperè victis solutisvè restant dif:
ficiliora multò magis contra Famulum Numinis proponenda.
Nimirum Adventus ipsius in Almam Urbem Romam absq
Superiorum licentia, Visitatio erga illum Reformationis Pro:
vincialem intentata, et acta, Defectus Redemptionis eo viven:
te. Ista in postremis animadversionibus certò reproducentur;
Faxint Superi, quòd cuncta cedant ad mentem, utq V. N. P.
Reformator evadat feliciter, mundeturq à suis objectionibus.

Eodem Anno rejecta residuitate terminandorum fundamentorum
Ecclesiæ ad coronidem Fabricæ (: horum siquidem residuum Mensi:
bus Octobri et Novembri istius Anni finitum arridente Sereni:
tate temporis:) jussit Reverendus Noster Pater Minister Generalis
partem claustri versùs prædium Conventûs pergentem, ad Vigin:
ti fermè cubitos protrahere. Mandatum deductum in executio:
nem; Exstructa totaliter à fundamento (: deorsum Refectorium ad:
interim fenestrarum trium, et culinam hoc loco prosemper manen:
tem continens, sursum duas cellulas supra culinam singularum
fenestrellarum, unam supra Refectorium duarum fenestrarum,
et Archivium unius fenestrellæ habens :) fuit nominata. moles:
quæ postquam est confecta, præter lacunationes ubiq datas, fe:
nestris tessellas vitreas (: exceptis cellis ac Archivio desuper:) u:
biq insertas, culina ac Refectorium pro meliore ad manducandum
Religiosorum commodo cæmentata atq dealbata mansêre.

Quare cum hæc ampliatio seu exstructio ædificatioq cellarum cæte:
rarumq Officinarum, quæ omnia desiderabantur, tum ad Commodita:
tem Religiosorum, tum ad Conservationem rerum, quas ultronea ne:
cessitas Conventûs exigebat, consumata et absoluta ex integro penulti:
mis diebus Octobris fuerit N. R. Pr. Ministri Generalis, Cujus:
solicitudo et Cura ad erigendam quantocitius Ecclesiam tendebat (:
cum Capella ob sui exiguitatem non capiat concursum hominum maxi:
mè diebus Festivis convenientium devotionis Causa :) omnem cona:
tum impendit ut fundamenta Ecclesiæ, quæ ex utraq parte majoris Ca:
pellæ desiderabantur (: cum jam pro tota Ecclesia supra planitiem terræ
Annô præterito cum summo labore et molestia propter eruenda antiqua
rudera pulvere nitrio, et iterum nova ponenda fundamenta, erecta fuerunt :)

foderentur

foderentur et ad æqualitatem cæterorum erigerentur. Suborta est hic tam ex parte murariorum, quam cæterorum operariorum non parva difficultas, quos imminentis brumalis temporis rigor, ab inceptione et prosecutione ulterioris laboris arcebat. Hanc tamen et Zelus N. Rdissimi Patris Ministri Grlis, quantocitius adaugendæ Gloriæ DEI, et exhortatio sermonibus optimis habendæ fiduciæ in DEum, qui similibus operibus oportuno tempore obsequi solet adincipiendum et perficiendum laborem erexit, et coëgit. Factumq est ut Operarij qui sibi ex autumnali tempore consvetam intemperiem äeris, imbres, algores, frigus ominabantur, tandem ad perficiendum opus Divina bonitate sibi obsequente, serenos dies experti, donec inceptum opus ultimis Octobris sex hebdomadarum spatio, præter omnium expectationem perficerent et consumarent. Tandem ut hæc et cætera fundamenta, quæ tanta sollicitudine et labore steterant, ab instantibus hyëmis tempestatibus protegerentur. Curavit N. R. P. Mnr Grlis a fabris lignarijs, comparatis ad id omnibus necessarijs, tegi et foveri, quæ sic tecta et conservata in sua integritate et absq omni damno manserunt, donec initium veris ad reasumendam fabricam viam aperuerit. DEI autem Teroptimi maximi singularissima eluxit Providentia hoc anno, quæ nullum alium providit Fundatorem tanti (: ut patet legentibus :) operis præter providam sui Bonitatem, ac curam et solicitudinem N. R. Pater Minister Generalis, qui in perficiendo hoc Anno opere expendit Summam Florenorum Polonicalium 10364. Præter lapides in fundamentis locatos, quorum ingens fuit numerus et magnitudo, ut pote dum in convectione unius lapidis pons in Vistula ex navibus coactus dehiscebat, quasi submergi deberet, expensi sunt lateres cocti 500000. calcis vivæ plus quam ducenta.

Ad Complementum hujus Anni insuper et hoc notandum est, quod post sedatum plurium ex universitate insolentem tumultum superius notatum ad supplicem libellum Civitatis Cracoviensis pro præsidio ejusdem et securitate ulteriori, ex mandato Sæ Regiæ Majestatis, et Supremi Ducis Exercituum Regni, venit in Vigilia Nativitatis Dni Nostri Iesu Xti Regimen Militum Alteriæ Excellentissimi Illmi Comitis de Bruchl Generalis, sub Commenda Perillustris Magnifici Domini Iosephi Rotermond Colonelli ejusdem Regiminis.

Incipit Annus 1755. In cujus exordio statim N. R. P. Minister Grlis omnem sollicitudinem convertit, pro reasumenda initio veris fabrica Ecclesiæ prout obsequente Providentia DEI, et Patrocinio S. Cajetani coempti sunt lateres cocti quasi 300000. Calcis vivæ currus 127, quæ omnia commodo hyemis tempore conducta et intra septa Conventus reposita sunt. Magister lapicidinæ lapides sectos quadratos ad sustentandum et fovendum pedes columnarum Ecclesiæ cæpit convehere, ut omnia suo tempore apta et præparata haberentur. Murarij etiam Conventionis suæ pro instanti labore pecuniam acceperunt. Interea Illma Excellentissima Domina de Potoccijs Morsztynowa Palatina Livoniæ invitavit N. R. P. Ministrum Grlem ad Introducendam Archiconfraternitatem SSmæ Trinitatis ad Ecclesiam Chorzelowiensem, cujus postulationi N. R. P. Minister Grlis annuens (: expedito

in ante Erectionis ArchiConfraternitatis Instrumento authentico ./ die 6. February/ pervenit Chorzeloviam, dieq 7ma. Vespere introducta est ArchiConfraternitas cum omni solemni apparatu in assistentia ipsiusmet Illmæ Palatinæ. Illmi Dñi Massalski Thesaurarij M. D. Litt. N. Rdissimi P. Ministri Grlis, Illmi Rdissimi Wosinski Prælati Infulati Tarnoviensis, nec non in frequentia populi et Confraternittes de Oppido Mielec ad id convocati et congregati, die vero 8va February N. S. Protoparenti Joanni de Matta Sacra absoluta est Festivitas Introductionis cum omni solemnitate tam Missæ per N. R. P. Ministrum Generalem cantatæ, quam etiam Concionum a Nostris Religiosis habitarum. Redeunte iterum vere, tam murarij quam cæteri operarij, statim post dies festos Paschatis convenerunt, ut finitum sed non consumatum annô præterito opus erigendæ Ecclesiæ prosequerentur, prout feliciter post præmissam Celebrationem Sacrificij Missæ inchoarunt. Sed quia à basibus Columnarum labor incipiebat, ideoq antequam lapides secti non parvæ magnitudinis ad debitum ordinem redigerentur et in forma debita disponerentur, ex omniq parte ferreis ansis ad soliditatem contraherentur duorum fere Mensium temporis hoc in opere consumptum est. Quô finitô velociori acceleratione laboris prosequebatur opus, ita, ut crescentibus diebus etiam parietes in altum assurgerent.

Hoc Anno die 6ta. Aprilis circa horam 7mam vespertinam adeo vehemens turbo ab occasu Solis subortus est, unaq hora duravit, ut non tantum Cracoviæ, et hic in Casimiria antiqua rudera concusserit, et unam antiquam lapideam duarum Condignationum cum maxima violentia ad terram colliserit, sed etiam ingens damnum vulgo fructarijs ex submersione navium sale oneratarum, in alijs vero locis frumento versus Gedanum properantium intuleret, plures homines qui nec modum, nec tempus evadendi habuerunt submerserit. Et cum intra majale tempus hilarem omnes horti, prata, sparsi undequaq flores induant faciem, omniaq fere elementa confederato amœnitatis influxu conspirent in lætitiam, prematura fata tristes invexerunt dies in obitu Illmi Rdissimi Nicolai à Lipie Lipski Canonici Cathedralis et Officialis Generalis Diœcesis Cracoviensis. Hic enim Illsmus Rdissimus Dominus Eminentissimi S. R. E. Cardinalis Celsissimi Ducis Severiæ Episcopi Cracoviensis. Alexandri Lipski Nepos, sui Stemmatis et Familiæ in Regno Poloniarum antiquissimæ propter honorarios fasces, et primas in Republica Dignitates augustissimæ singularissimum decus Illmi Rdissimi Capituli Cracovienς ornamentum ad summos honores spe et expectatione omnium desideratissimus, nostræ Sacræ Religionis amantissimus, eidemq addictissimus die 9na May Anni præsentis 1755. ob precedens immediate Ascensionis Dñi nostri Jesu Christi Festum Divo Stanislao Episcopo Cracoviensi et martyri Sacra, repentino fato obrutus est. Licet enim uno abhinc Anno thysi laborare cœpit, hæc tamen Infirmitas nondum videbatur esse ad mortem. Attamen quasi suorum fatorum prœscius, hac die qua obyt, post expiatam generali exomologesi conscientiam, tam matutinæ devotioni in Ecclesia Cathedrali, quam Vespertinis horis Canonicis interfuit, tandem ad finem Completorij sanguine suffocari cœpit, deinde fatali prœoccupatus languore, memor tamen prœprimis salutis animæ absolutionem à peccatis inclamans /: quam et obtinuit :/ inter lacrymas et singultus concurrentis undequaque populi, admirantis rei novitatem turbæ, ac plangentibus amicis ad inspe ratum casum et occasum expiravit. O inclementiam fatorum! siccine hunc eripuistis --- quem universorum vota, cunctorum desideria, multis seculis non tantum perennare, sed in summo honoris gradu, inter prosperrimos successus videre cupiebant. O iniquum parcarum judicium! illum qui ad libram Justitiæ absq omni respectu humano, sed secundum leges

Dei

Dei et Ecclesiæ ferebat sententiam ex peremptorio termino damnare ad mortem. Et quamvis hoc in casu cæco impetu, ut pote orbata oculis processere fata Illmus tamen et Rdissimus Nicolaus de Lipe Lipski Canonicus Cathedralis Judex et Officialis Generalis Diœcesis etiam contra se, ut pote pro omnibus mortalibus inviolabiliter prescriptam executus est sententiam: Statutum est omnibus hominibus semel mori. Vivit tamen in memoria hujus Conventus. Et quamvis lapides depa: rietibus tacebunt, Lapis tamen angularis hujus Ecclesiæ quem po: suit et in quo suum Nomen insculpsit, Gloriam, Famam et honorem Illius usq ad Consummationem sæculi clamabit.

Fabrica autem Ecclesiæ dum procedentibus in æstatem diebus quotidie majus incrementum assumeret, et N. R. P. Minister Grlis solli: te curaret, ut materialia ad prosequendum eandem abundarent et non de: ficerent. Interim primis diebus Junij pervenerunt Literæ ad N. R. P. Ministrum Generalem à Celsissimo Principe Dnus Jabłonowski Pala: tino Novogrodensi etc Fundatore Conventus Theophilpoliensis, quibq invitabatur ad parentandum obsequio lugubri diebus ultimis Julij in Fu: nere Celsissimæ Matris suæ de Sieniawskie Jabłonowska Vexilliferæ Regni Nostræ autem Singularissimæ Protectricis, et Conventus Theophilpo: liensis Fundatricis; Cujus memoria in benedictione Domini est, in Colle: gio Leopoliensi P.P. Societatis Jesu absolvendo, una cum Encomiaste seu Concionatore Funebrali, quo pro munere assignatus est P. Fr. Ja: cobus à Sta Margarita Minister Collegij Thomasoviensis. Appropin: quante igitur tempore Depositionis Corporis Die 28. Julij in sepulchro totius Familiæ Jablonovianæ in prænominata Ecclesiâ Patrum So: cietatis JESU N. R. P. Minister Generalis hinc, seu ex Conventu Cra: coviensi arripuit iter, die 21. Julij versus Leopolim, adeandemq per: venit Die 26. ejusdem, Ibiq in Collegio Nostro subsistens, a Varijs Ma: gnatibus et Prælatis extranearum Religionum salutatus, ijsdem re: ciprocè gratitudinis et humanitatis rependit vices. Prima itaq funebra: li die, hoc est 28. Julij statim à hora 5. matutina à Sacrarum Communitatum Religionibus cæpere suffragia, hoc est Vigiliæ et Missæ cantatæ, durabantq ad horam undecimam et mediam. Missæ autem lectæ absq intermissione in magno numero concurrentium Sacerdotum celebrabantur. Missam autem Solemnem de Requiem cantavit Celsissimus Rdissimus de Wyżyce Giżycki Archi-Episcopus Metro: politanus Leopoliens. Quâ finitâ peroravit Orationem funebrem Rdus P. Bovier Ordinarius Concionator P.P. Societatis JESU in Collegio Leo: poliensi, laudans et Vitam exemplarem et mortem pretiosam in Con: spectu Domini Celsissimæ Principis Vexilliferæ Regni. Ultimo tandem solemnem Conductum absolvit, Exuviasq deposuit Idem Celsissimus Archi-Eppus Leopoliensis, assistentibus Pontificaliter Illmo Rdissimo Augustinowicz Archi-Eppo Ritus Armeni Leopoliens, et Illmo Rdissmo Głowinski Suffraganeo Leopoliens. His itaq Cæremonijs ex more Christiano peractis, Celsissima Princeps de Principibus Radzivilijs Jabłonowska Palatina Novogrodens, cum Celsissimus Princeps Palatinus Filius ob vim doloris ex pietate, et amore erga Celsissi: mam Matrem conceptum assistere: tam præfatos Pontifices, quam

cæteros

cæteros Magnates pro sua devotione et affectu erga piè Defunctam Celsissimam Principem Vexilliferam Regni assistentes ad suum Palatium invitavit, eosdemq pro more Lugubri munificentissimè tractavit. Illucescente altera die eadem Suffragia Religiosarum Communitatum, et ab eadem hora quinta cœpta persolvebantur usq ad horam undecimam et mediam; ad non interruptam Missarum lectarum celebrationem. Instante tandem tempore Missæ solemnis N. R. P. Minister Generalis descendit ad Ecclesiam Patrum Societatis Iesu à quorum Communitate in Porta Principali Collegij salutatus, et ad Sacristiam deductus, Sacrisq vestitus, assistentibus sibi plurimis in Sacro Apparatu tam Prælatis, quam cæteris Officialibus nostræ Sacræ Religionis Missam solemnem decantantibus Musicis incepit. Qua absoluta P. Jacobus à Sa. Margarita Minister Collegij Thomassovien. è Sacris Exedris nostræ Sacræ Religionis maximam Protectricem Conventus Theophilpoliensis Fundatricem Munificentissimam extinctam ad fatalem eclipsim, et inter deliquia mortis existentem Sieniavianam Lunam Cimmerijs noctibus obvolutam Cynosuram lugubri Oratione prosecutus est. Postquam stetit in fine dictionis Oratio. N. R. P. Minister Generalis assistente tam Collegij quam Conventus Sancti Nicolai numerosa Communitate solemne decantavit Responsorium, finemq Actui imposuit.

Tertia vero die N. R. P. Minister Generalis versus Stroni baby iter arripuit visitaturus Celsissimum Principem Palatinum Novogroden. perveniensq altero die, ab eodem Celsissimo Principe occurente sibi extra Portam Palatij salutatus, et intra trium dierum moram humanissimè exceptus. Cum quo N. R. P. Minister Generalis Fundationis Theophilpolien. negotia composuit factis pro meliori bono Conventus recentibus Inscriptionibus. Tandem facta valedictione Celsissimo Principi, in tractu itineris visitavit primo Illustrissimum Dnum Woronicz Castellanum Kijoviæ, post autem Illustrissimum Rdissimum de Ossy Ozga Eppum Kijovien. Tutorem nostræ Sacræ Religionis Singularissimum, cæterum tempus ultra medium mensis Augusti in via versus Cracoviam expendit.

Dum hæc agebantur infelix casus conflagrationis successit Cracoviæ, die enim 28. Julij ex Officinis balneorum Sanctimonialium Visitationis B. V. Mariæ ignis exarsit adeo, et eo furore debachatus est, ut non solum Ecclesiam et Conventum harum Monialium, verum etiam integram Civitatem Clepardiæ absumpserit, Domos amplè extructas cum suis atrijs et Officinis in cinerem reduxerit, omnia flammis involverit, ita ut nullum modum etiam tumultuosæ accelerationi ex omni parte hominum, ad dandas suppetias concurrentium reliquerit, Incolas vero ejusdem in defensione et ereptione suarum rerum semiustos, inter lacrymas et singultus ad ultimam ruinam, et statum miserabilem detruserit. Insuper in duas Ecclesias, unam scilicet Sæ Crucis, alteram Collegiatæ S. Floriani, et antiquitate, et majestate, et numero Illmorum Prælator. et Canonicorum ex Universitate Cracoviensi celebrem, translatus ignis Sartatecta illius laminis æreis contecta cum duabus turribus devoravit, nunc multo labore et expensis

magnis

magnis, aliquorum annorum decursu restaurandam.

Rediens itaq N. R. P. Minister Generalis Cracoviam quem desi-
deria sollicitabant ad promovendam quantocitius Fabricam Ecclesiae,
invenit eandem in erectione parietum bene in altum surexisse, ex quo
magis adjecit animum, ut haec Fabrica majus incrementum assume-
ret, ob quem finem pollicitus murarijs, praeter conventionalem solutio-
nem, etiam ex elargitione premium, prout non est frustratus suo propo-
sito, cum murarij, et stipendiario lucro, et spe premij allecti omnem co-
natum impenderunt et laborem, ut desideria et vota N. R. P. Ministri
Generalis adimplerent. Tanta enim celeritate laborem urgebant, ut
operarij in convectione lapidum et caementi vix sufficere valebant.
Duravit hoc opus in sua acceleratione et indesinenti labore usq ad
primos dies Novembris, quibus jam propter instantes hybernos dies
ultra prosequi non potuit, parietes tamen ipsius navis Ecclesiae usq
ad medietatem erecti; capellae vero ex parte concameratae, post autem
tegulis ob imminentia hyemis procellosa tempora contectae sunt. Ad
finem hujus operis, et admirabilis et benedictus sit in Sua infinita
Providentia DEUS, qui et hoc Anno sperantem in se N. R. P. Ministri
Generalis sollicitudinem specialissimo juvit auxilio, ad erigendam tan-
tam molem Ecclesiae, qui soli DEO innixus, mirabili ejus elargitione,
collegit et expendit pro hac fabrica Summam Florenorum Polonicalium
16358. asses 29. ut autem residuum temporis, licet jam frigore praeoc-
cupatum in aliquo labore ad fabricam necessario expenderetur N. R. P.
Minister Generalis conduxit Statuarios ad efformanda in lapide
Capitella, ad ornandam faciem Ecclesiae, facto Contractu ab uno quoque
Capitello excepto victu pro aureis sex, prout defacto elaborata sunt No. 12.

Subsequitur Annus 1756. in cujus exordijs praeparabantur
varia materialia, utpote lateres cocti, caementum, et lapides secti, ac
caetera ad prosecutionem Fabricae necessaria. Murarij consveto tempore
ac Lapicidae tempestive conducti, pro imminenti labore pecuniam acceperunt.
Ipso autem die Novi Anni Illmus Excellentissimus Dnus Joannes Mni-
szech Succamerarius M. D. Litt. Legatus a S. R. M. et Senatu Consilij
ad Portam Otomanicam ex Oppido Turcico Chocim itineri se accinxit ver-
sus Constantinopolim, cum quo et P. Martinus a S. Maria Redemptor
Captivorum Provinciae Nostrae S. Joachimi assumpto in socium Redempti-
onis P. Fre. Andrea a S. Alexio viam arripuit, sed cum in omnibus par-
tibus et Dominijs Otomanicis protunc contagiosa grassaretur pestis,
omnes qui Illmum Ablegatum comitabantur totius itineris tractu inter
hyemis tempestates et temporum incommoda, sub dio ac frigido aere
dies noctesq transigere debuerant. Tandem favente DEO 13. Aprilis
protunc Die Dominica Palmarum in splendido et plurimo Turcarum appa-
ratu (: qui Illmo Legato ad tria milliaria obviam processerant :) Constanti-
nopolim ingressi sunt. Cum autem tota Civitas Constantinopolitana
peste infecta esset, etiam Illmus Legatus ad salubriorem aerem extra urbem
ad aliquod milliaria abire coactus est, aliqui vero ex assistentibus pestifera
contagione infecti obierunt. Inter quos Magnificus Dominus
Zborowski Capitaneides etc. eadem lue infectus, cum maximo
dolore amicorum, Parentum mortuus est. Quam ob Causam P. Redemptor nego-
tium Redemptionis perficere non potuit, redemptisq tantummodo duobus Ca-
ptivis, cum caeteris ob timorem pestis dilabentibus, et ipse per mare nigrum,
ac partes Scythiae, versus Poloniam iter arripuit, sanusq pervenit ad Limites

Poloniae

Poloniæ diebus primis Septembris, post quem cum cæteris et Illmus Legatus, absoluta et conclusa ad Imperatorem Turcarum sua legatione, tandem in Novembri pervenit ad Regnum Poloniæ, absoluta tamen primo statione vulgo Quarantana ob metum contagionis in limitibus Valachiæ.

Primis itaq diebus Martij cœperunt laborare murarij lateres, pro formandis cornicibus, ut sic suo tempore non impedirentur, sed continuatim fabricam prosequerentur. Insuper residuitatem ruderum demoliti sunt ex antiquis sepulchris, novosq arcus pro fornicibus subterraneis, a fundamentis, quibus et Columnæ Ecclæ suffulta sunt erexerunt. Feria autem quinta majoris septimanæ, seu die Cœnæ Domini, quæ incidit in diem 15tam Aprilis, desuper cœpta fabrica, quæ statim post dies festos Paschatis reasumpta, semperq absq interruptione continuata in suam molem excrevit prout inferius notabitur.

In principio autem dierum Aprilis pervenit notitia de fatis Illmi Rndissimi Dni Samuelis de Ossy Ozga Episcopi Kijoviensis Nostræ Sæ Religionis Tutoris Singularissimi. Hujus bene imo optime meriti, tam de Ecclesia, qm de Patria Viri, casus et occasus plurimos, seu potius omnes, qui Ejus aut sustentabantur auxilijs, aut fovebantur gratijs, aut fruebantur consortio, acerbissimo perstrinxit dolore. Quidquid gratiarum dispersum in cæteris, in Illo complexim spectavimus. Fuit etenim in Toga Senator fidelissimus Patriam sustentans Consilio, in Ecclesia Pastor Vigilantissimus creditas sibi oves pascens sana doctrina et exemplo, Sacerdos magnus, quamvis gravatus senectutis incommodis hostiam Immaculatam offerens quotidie, qua et sibi et populo studuit placare Supremum Numen. Si autem aliquando ob supervenientem Infirmitatem Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare non potuit, alteri celebranti, erepta in Deum mente, et corde adstitit. Officium Divinum recitandum ita per horas distribuit, ac si Choro adesset; Matutinum non aliter nisi hora duodecima noctis quamvis inter ætatis languores persolvebat, juxta illud Prophetæ effatum. Media nocte surgebam ad confitendum Tibi: Nulla ipsi dulcior occupatio, suavius Colloquium, quam inter Sacerdotum et Religiosorum Choros, quos, ut sibi assisterent, et suavitate morum, et tractabilitate amicitiæ, et beneficiorum multitudine devincire studuit. Illa Christi Verba: thesaurate vobis Thesauros indeficientes in cœlis ~~ac~~ acri ad se consuit dicta, dum universa quæ congregare potuit, manus pauperum et Religiosorum in cœlestem Patriam deportaverunt, singulorum succurrens indigentiæ et necessitati. Tandem meritis plenus et ætate gravis ad cœlum ad quod cupiens dissolvi et esse cum Christo quotidianis anhelabat suspirijs, et desiderio migravit, quem omnes mœsto pectore, et semper decurrentibus ac nunquam cessantibus prosequuntur et prosequentur lacrymis, cognoverunt enim universi, quod fidelis Samuel Propheta esset Domini.

Post finitos dies festos Paschatis convenerunt murarij ac plurimi laboratores ad prosequendum opus Ecclesiæ, quod ob comparata tempestive omnia materialia, et fidelem murariorum laborem crescebat in dies. Interim N. R. P. Minister Grlis instante tempore Capituli Provincialis in Provincia S. Josephi, iter parans versus Posonium die 26. Aprilis S. Adalberto Archiepiscopo Gneznensi et Martyri Sacra, una cum P. Nicolao à S. Dominico Deffinitore Grli Ordinis, hinc ex Conventu Cracoviensi horâ 4tâ et media pomeridiana discessit, in Comitatu Illmi Rdissimi Dni Ankwicz Canonici Cracoviensis pernoctaturus in Villa nuncupata Wola Perillustris Mgfci Dni Morszkowski Capitanei Barciensis. Alterius autem diei summo mane iter suum prosecutus est.

primo

primo post aliquos dies perveniens ad Conventum Olechowiensem in Moravia, et post ad Conventum Posoniensem in Hungaria in quo protracto duarum die:rum Spatio versus Viennam properavit praeoccupatusq à Communitate Viennensi cum debito plausu ac Campanarum pulsu et Cantu hymni Te De:um laudamus etc juxta praescriptum N. Manualis ad innumerabilem con:currentis undequaq populi multitudinem salutatus est. Concessis itaq quie:ti aliquibus diebus in Nostro Collegio Viennensi ad salutandam Sacram Caesaream Majestatem versus Villam Szenbrun nuncupatam, in qua S.C. Majestas eo tempore morabatur properavit. Ibiq ab Augustissimis Imperatore et Imperatrice ad coram admissus, eorundem familiari colloquio quasi unius horae spatio dignatus est. Quo finito post factam Valedictionem ad Collegium Nostrum Viennense rediit, exinde post aliquorum dierum mo:ram ad Conventum Posoniensem pro Celebrando Capitulo Provinciali iterum iter arripuit, Quo Praeside inchoatum est Capitulum Provinciale juxta praescriptum nostrae S. Regulae Sabbatho ante 4tam Dominicam Post Pascha incidente pro:tunc in diem 15. Maij, electusq est in Ministrum Provincialem P. Venan:tius à S. Agnete, Minister Collegij Viennensis, sequentibus vero diebus caeteri Praelati pro praefata Provincia S. Josephi. Peractisq omnibus in Capitu:lis solitis, Inchoatum est Diffinitorium Gnle Ordinis, quo post aliquot dies abso:luto N.R.P. Minister Generalis ad thermas divertit: in quibus duarum Septimanarum spatio reparans Sanitatem, tandem ad Nostrum Conventum Cracoviensem pervenit die 16. Juny in Vigilia Corporis Christi ad occasum Solis. Vidensq Fabricam ultra expectationem crevisse, majorem adjecit animum ad procurandum illius augmentum et accelerationem. Jam enim parietes Ecclesiae semel ferreis ansis cincti, Capitella in facie Ecclesiae debito ordine disposita, necnon trabes, ac caetera materialia pro struendo tecto /: quae Illmus Excellentissimus Dnus Comes Wielopolski Vexillifer Regni etc donaverat:/ ad medietatem a fabris Lignarys elaborata erant.

Ad finem hujus mensis venit per postam Cathalogus Captivorum Redemptorum No. 325. à Provincijs Hispaniae in quorum ~~litro~~ lytro ex:pensi sunt Floren. Polon. 718604. sed quia hispanico idiomate erat impressus, ideoq hic Cracoviae in latinum transumptus typô mandatus ac ad varios Conventus Nostrae Provinciae transmissus est.

Die vero 22. July S. Mariae Magdalenae festiva pervenit ad Nostrum Conventum Celsissimus Rdissimus Dominus Załuski Episcopus Cracoviensis Dux Severiae etc horâ undecimâ et mediâ ante meridiem, et primo satis:facturus curiositati videndi fabricam, ad eandem ascendit in assistentia N. R.P. Ministri Generalis et totius Communitatis, illamq praeter spem in tanta mole reperiens, ordinem et Regulas Architectonicas considerans undequaq exactas adamussim invenit. Post autem descendit ad Cellam N.R.P. Mi:nistri Generalis, ac instructa pro dignitate Personae dapibus mensâ in Comitatu Illmi Rdissimi Kietczewski Officialis Generalis Dioecesis Craco:viensis et caeterorum Illmorum Reverendissimorum Canonicorum Cracovi:ensium, nec non Illmi Excellentissimi Dni Linowski Castellani Lenciciensis Per Illis Magnifici Dni Stadnicki Vexilliferi Grabovecensis etc ad prandium ab eodem N.R.P. Ministro Generali invitatus est.

Cum autem Cornices ad intra Ecclesiam utpote ex lapidibus sectis disponerentur in una parte Ecclesiae, ob difficultatem operis etiam murariorum laborem aliquomodo retardarunt, quos ut N.R.P. Minister Generalis

ad accelerationem in disponendis alterius partis Ecclesiæ cornicibus alliceret, proposuit unius aurei præmium, si hæ intra decem dierum spatium collocari possint, nec est frustratus suo desiderio, nam murarij spe obtinendi præmij, velocius quam antea opus perfecerunt. Et quamvis jam decrescentibus diebus, Fabrica tamen Ecclesiæ in suam molem assurgebat, jam et altera vice ferreis ansis cincti undequaq. muri, maxime parietes, navis Ecclesiæ accelerabantur, prout ultimis Septembris datis ad extra circumcirca Cornicibus ex integro perfecti sunt. Quibus finitis Magister Lignarius materialia pro construendo tecto aliquibus ab hinc hebdomadibus præparata, supra muros Ecclesiæ comportavit, tectumq. intra trium hebdomadarum spatium composuit ac perfecit. Interim Murarij Cornices in facie Ecclesiæ suo disponebant, hic tamen labor, utpote ex lapidibus sectis multum temporis consumpsit, sed et hic adjuvante DEO terminatus est antemedijs diebus Octobris. Reliquum vero temporis usq. ad 23. Octobris in perficienda facie Ecclesiæ expensum est, quo die scilicet 23 Octobris propter frigora et tempestates Autumni ad interim Fabrica terminata est, futuro Deo dante Anno prosequenda.

Nihilominus Hyberno tempore ad prosecutionem Fabricæ Ecclesiæ necessaria Materialia utpote Lateres, cæmentum, Lapides secti etc. vehebantur et comportabantur, donec illucescerent Vernales Dies quibus instantibus Murarii solito conducti Stipendio, habitis omnibus ad manum tempestive præparatis Materialibus Laborem circa continuationem Fabricæ 2 4ta Aprilis Aº 1757 reassumpserunt. Interim ad exornandam Arte pictoria Ecclesiam factus est Contractus cum Ngeo Dno Josepho Piltz, ejusdem Liberalis Artis Magistro natione Moravo in Oppido Holochovia dicto ac in Moravia sito protunc permanente transmissa illi primo interioris Ecclesiæ delineatione. Hisce primis Dieb. Veris venit Lugubris Nuntius ex Partibus Russiæ cessisse in Prædam fatis Illmu Rndssmu Dnum Nicolaum de Wyzyce Wyzycki Archi-Eppum Leopolien. qui Feria Quinta majoris Hebdomadæ seu Die Cænæ Dni incidente in Diem 7mam Aprilis horis Vespertinis obijt in Domino seu abijt in Cœlestem Hierusalem celebraturus Pascha Pastor Zelantissimus de omnibus Sacris Ordinibus bene meritus quibus et addictissimus fuit.

Hoc Anno Capitula Provincialia in duabus Nri Sacri Discalceati Ordinis Provinciis scilicet in nostra Provincia Polona sub invocatione Scti Joachim erecta ac in Provincia Italiæ sub Titulo S. P. N. Joannis de Matha fundata. Sabbatho ante Dominicam 4tam post Pascha in Diem 7mam Maji incidente. In Nra Pvcia S. Joachimi Præside Pre Constantino a Visitat. B. V. M. Diffinitore Gnli totius Ordis Discalceati, 1mo electus est in Prlem Ministrum R. P. Fr Josephus a SSmo Corde Diffinitor Pvlis Amq. spirans ac in Diffinitorem Prlem 1mo R. P. Fr Joseph a JEsu M. V. R. P. A. Ex-Prlis immediatus in 2dum. R. P. Fr Joannes a SSma Trinitate in 3tium. R. P. Fr Josephus a S. Raphaele in 4tum R. P. Fr R. P. Fr Raphaël ab Angelis. In Ministros Collegiorum et Conventuum electi sunt sequentes. Nri Collegij

Leopolien.

Leopoli electus est P. Fr. Augustinus a S. Joanne Baptista. Collegii Stanislavviensis. P. Fr. Ignatius a S. Raphaële. Conventus Berestecensis P. Fr. Petrus a S. Casimiro Conventus Leopoli ad Eccl. S. Nicolai P. Fr. Franciscus a JESU. Collegii Antecolleg. ad Vilnam P. Fr. Anselmus a S. Ignatio. Conventus Trinitopoli P. Fr. Gabriel a SS. Trinitate. Conventus Orsensis. P. Fr. Martinus a S. N. R. P. N. Collegii Lucoriensis P. F. Ignatius a Sanctis. Collegii Tomasoviensis P. Fr. Andreas a S. Thaddeo Conventus Theopolitanus P. Fr. Hilarius a S. Basilio Conventus Crotosinensis P. Fr. Felicianus a Corde JESU. Conventus Brahiloviensis P. Fr. Martinus a SS. Trinitate. Redemptor Captivorum P. Fr. Jacobus a S. Marjanthes. Procurator Provinciae P. Fr. Nicolaus a S. Joanne Baptista.

Fabrica autem cum admiratione omnium suum Incrementum sumebat brevique successu Temporis concamerata fuit usque ad Majorem Kapellam Navis Ecclesiae. Tunc Pictor Meus D. Josephus Piltz expensis N. R. P. Ministri Generalis conductus venit Olomucio ex Moravia, reperitque omnia ad depingendam Ecclesiam disposita, colores jam ex majori parte praeparatos, adeoque post paucorum dierum quietem, sibi accinxit se labori, opusque Picturae ab arcu Ecclesiae inchoavit in quo trium Mensium decursu Historiam Coelestis Nostri Instituti, videlicet Redemptionem Captivorum vivis coloribus, expressit et adumbravit.

Interea Epistolari Cursu diebus ultimis Junii venit feralis Nuntius ex Hispania Nostro Ordini Lugubris de obitu Fatali Illustrissimi Domini N. P. Michaëlis a S. Josepho Episcopi Gradacensis qui D. 10. Maji in Nostro Conventu Braccensi Laborum Meritorum et Aetatis pondere pressus occubuit. Hic Vir nobili Stemmate in Hispania natus, in Conventu Matritensi Nostro Sacrum Habitum Suscepit, a primisque Vitae suae Religiosae Incunabulis Magnarum Dotum et Ingenii Specimen dedit, eventus expectationem non fefellit. Post peractum juxta morem Religionis Studiorum Cursum, exactissimus, imo pro illo tempore Sapientissimus auditus, Lector Philosophiae post Sacrae Theologiae Professor Cathedram in Collegiis Nostrae Sacrae Religionis possedit, et quia Pietatem ac morum candorem cum Scientia et Prudentia conjunxit ad obeunda munia in Nostra Religione aptus inventus est. Primo Ministro in Hispaniis post Procurator Generalis totius Ordinis creatus, ipsius dexteritate Lis maximis difficultatibus et obstaculis implexa de Identitate Corporis S. P. N. Joannis de Matha evicta est ac ipsemet Sacrae Exuviae S. Parentis Nostri Conventui Matritensi adjudicatae sunt, Cardinali Prospero Lambertini post Summo Pontifici Bene-

dicto

dicto XIV dicto familiarissimus. Tandem Diffinitor Gnlis
post Commissarius Gnlis Familiae Hispaniae ultimo Mri
Gnlis totius Ordinis proclamatus. Plures Libros partim Hi-
spano, partim Latino Idiomate scripsit et Typis mandavit
Ex quibus Opus Lexicon dictum quinque Tomis in Folio com-
prehensum omnibus numeris absolutum Summo Pontifici
Benedicto XIV sibi familiarissimo dedicavit. Ab eodem
Pontifice praeter morem Religionis Romae in Conventu S. Ca-
roli manere jussus plurimas Quaestiones in S. Congrega-
tione et a Summo Pontifice ad se missas facili negotio re-
solvebat. Omnibus Purpuratis Patribus propter altissimam
Scientiam et Pietatem in honore fuit. Tantum Virum
tantisq Dotibus gravem Summus Pontifex in Angulis
Religionis non est passus, sed primo vacante Episcopatu in Di-
oecesi Gvadacensi Episcopum creavit, adnumeraturus inter prima-
rios S. R. E. Proceres nisi illum praematuro fato mors praeoccupasset.
Cum vero supradictus Pictor Lineis per totum Annum deductis
suum Opus affabre prosequeretur etiam Murarij Concameratio-
nem Capellae Majoris accellerabant, quae utpote in Figura O-
velli in sui Labore longiorem moram sumpsit, nec tamen eos ab
accelleratione retardavit. Hinc certatim a multis invisebatur
insperatum hujus Ecclesiae Incrementum, omnesq in admiratione
rapiebat, quod tam celeri Labore praeter expectationem in suam
augem assurgeret Ecclesiae Molis. Inter caeteros Illmus
Dnus Comes Linowski Castellus Lecicensis etiam Specialis
Benefactor cum sua Illrma de Comitibus Obersajs Consorte
antequam suum maturasset Iter Varsaviam ad S. R. Majestatem
invisit ac pro opportunitate Temporis apud N. R. L. Ministrum
Item commoratus est. Prout post brevem aliquam Dierum
moram tum Cracoviae tum in Bonis Haereditarijs Koscielniki
dictis institutum Iter arripuit ac suorum Fatorum inscius
profectus. Perveniensq Varsaviam inter caeteros Regni Pro-
ceres albae Aquilae Equites a S. R. Majestate annumeratus
ac hoc Insigni scilicet Aquila alba est decoratus, sed mise-
ram Conditionem Mortalium, qui vix desiderata possiderent
mox eadem coguntur relinquere. O Fatorum Inclementia
quae etiam Illustrissimos Honoris Splendores tanquam Ig-
nes fatuos reputant, fataliq involvunt Cineri. Hanc Vicissitudi-
nem expertus Illmus Castellanus Lecicensis, dum vix ad hono-
ris meridiem erectus statim occubuit Die 9na Septembris Ao
qui supra Varsaviae.

Antequam

Antequam exiret hic Illmus Castellanus Varsoviam obtulit seu donavit pro Decore Nrae Ecclesiae Casulam Dalmaticas et Pluviale ex Opere Holosenico nigro cum appositis Columnis ex alba et pretiosa Materia utpote ex Argenteis Floribus contexta. Nri vero Rndmus P. Minister accepta notitia de fato praedicti Illri Castellani curavit persolvi Solemnes Exequias post decantata a pluribus Communitatibus Variarum Religionum Officia Defunctorum et post celebrata plurima Sacrificia Missae ultimo tandem Solemnem Missam cantavit Illmus Rndissimus Dnus Andreas Antkiewicz Canonicus Cathedralis Cracovien. praesente ad hunc actum Celsissimo Principe Episcopo Cracovien. Andrea Zaluski caeterisque Illmis Rndis Dnis Canonicis Cathedralibus Cracoviensibus.

Quamvis paucis ab hinc Annis in caeteris Nationibus a quodam Judaeo Siapusciecinha dicto excitata fuit Secta quaedam praesenti tamen Anno in Partibus Russiae maxime in Palatinatu Podoliae, eadem inter Judaeos grassari coepit ac plurimum dilatari. Hi Sectarij omni conatu enervantes et oppugnantes Talmudum clarissime et evidentissime demonstrant eundem esse plenissimum et infarinatissimum mendacis Blasphemiis contra DEUM et Religionem Catholicam. Articuli Sectae illius Principalissimi sunt sequentes. 1mo DEUS est Trinus in Personis, Unus in Natura. 2dus. Messias a Prophetis praedictus jam venit. 3tio. Talmud est blasphemus contra DEUM et Religionem Catholicam. His ergo et similibus Dogmatibus tantam contra se caeterorum Judaeorum concitarunt Tempestatem, ut illos non tantum odisse persequi sed etiam a sua communicatione ac consortio separare coeperint. Videntes itaque praedicti Sectarii furorem in se debacchantium Judaeorum evitare ad Patrocinium Illmi Rndssmi Dni Nicolai Dembowski Eppi Camenecensis confugerunt provocatias ad publicam Quaestionem circa proposita Dogmata Judaeis. Illmus vero Eppus Camenecensis, et post Nominatus Archi-Eppus Leopolien. Zelantissimus propagandae Fidei Catholicae Pastor videns proximiorem per Professionem supracitatorum Dogmatum Fidei Catholicae praefatos Sectarios volensque per publicam Disputationem Talmudistarum horrendas Blasphemias in Lucem protrahere eosdem Siapusciecinhas sub Protectionem assumpsit, eosque impensius fovit, quo magis cecidit in praesentia plurimorum Theologorum per publicam Disputationem convictos de abominabilibus Blasphemiis Talmudistas tum per Rationes ex Sacra Veteri Scriptura deductas quam etiam per rectam et sanam explicationem ejusdem Sacrae Scripturae. A quo tempore praedicti Sectarii Nomen

Siapusciecinharum

Siapuscicinthanū in appellationem contra Talmudistarū trans-
mutarunt, horq nomine abhinc appellari cæperunt. His
Notatis transeundo ad continuationem et progressum Fabricæ
Ecclesiæ ad cujus prosecutionem N. R. P. Mnri Gtis omnē
conatum impendit de Die in Diem hæc suum Incrementum
sumebat adeo ut ad Diem Ibris et Capella ex parte si-
nistra consummatæ fuerint et Fabrica Ecclesiæ usq ad me-
dium Tecti assurrexerit, nec non Pictor integram navim Ec-
clesiæ depinxerit, quo in opere hoc Anno est Fabrica finita est.
Hic Annus scilicet 1757. cui ferocissimus Planeta
Mars dominabatur adeo infelix fuit ut quasi omnes Eu-
ropæ Principes in tumultus Bellicos cierit. Occasionem præ-
senti Bello in Septemtrione dedit Serenissimus Borus-
sorum seu Prussiæ Rex, qui Silesiam superiorem octo-
decim Annis abhinc armis captam non libenter sinens
sibi ab Augustissima Imperatrice utpote Hærede ejusdē
repeti numerosissimā collegit Militem, et primo Saxoniam
invasit totamq præoccupavit ac devastavit, tandem versus
Bohemiam Castra movit ac Pragam Metropolim Bo-
hemiæ aliquarum Hebdomadarum spatio et obsidione
et assultibus pressit, a qua repulsus, tandem collectis
mutuis copiis tum per velitationes tum per varios Martis
assultus pugnatum est. A Principio bellici certaminis
Exercitus Austriacus prospero incedebat passu ac sæpe
coronabatur Victrici ~~palm~~ Laurea, ad Finem tandem ejus-
dem Anni Rex Borussiæ versa Fortunæ alea, suā
in partem traxit Victoriam, et quia numerosissimo Milite
præoccupatam Saxoniam plurimis exactionibus et impor-
tabilibus premebat Oneribus Serenissima Regina Po-
loniæ, Maria Josepha Imperatricis Josephi ~~Familia~~
Serenissimi Augusti III Regis Poloniarum Ducis Sa-
xoniæ et Electoris amantissima Consors, Quæ per integrā
hujus Bellici furoris tempestatem cum tota Serenissima
sua Familia mansit Dresnæ non valens ultra videre af-
flictionem, et continuos gemitus subditi sibi Populi au-
dire absq ingenti Maternarum Viscerum dolore, ~~ut~~ vehe-
menter alienæ miseriæ oppressa fatali deliquio D. 17 9bris
impaluit. In Parentales nunc resoluta Lachrymas Polonia
fatalem occasum, et casum Reginæ tuæ deplora. In una
enim Maria Josepha omnem tui felicitatem amisisti, ami-
sisti Reginam quæ Te ingentibus magnarū Virtutum ditavit
Dotibus amisisti Dominam quæ Te fusis ad DEUM Pre-
cibus et continuis Suspiriis integram salvamq conservavit a-
misisti et Matrem clementissimam quæ te benigne suo in Sinu
fovit.

fuit. Eodem Die scilicet D. 17 Novembris Illmus et Rndissimus Dnus Nicolaus Debowski Eppus Camenecensis Nominatus Archieppus Leopollen Sex diebus ante Paralisi tactus in Cœlum evolavit.

Fortunatus hic Annus Regi Galliæ in Indiis occidentalibus fuit ubi Copiis Regis Angliæ deletis tam in Maribus quam in Terra ac aliquibus Provinciis Anglicanis per dim armorum captis suo Imperio subjugavit. Quamvis Annus prædens scilicet 1757 emenso Dierum Cursu finem accepit non tamen furori Bellico finem imposuerit quo enim magis Brumates Menses intensiori ingerent Frigore eo fortius Mars suos vomebat ignes, adeo ut non tantum plurima hominum Millia, tam ex Exercitu Austriaco, quam Borussico, tam ex Copiis Gallicis quam Hannoveranis assumpserit sed etiam plures nobiliores Civitates fortitudine antiquitate, Mœnibusq celebres devastaverit ac vastaverint, Wratislavia suo nomine celeberrima Urbs, calore Martiali decocta vix non in Cineres abiverit

Cum ergo Spes maxima aluerit finiendi hoc Anno Fabricam Ecclesiæ Materia pro prosecutione et accelleratione ipsius tempestive præparabantur, scilicet Calx, Lateres, Lapides secti etc. quæ omnia convehebantur ut postea Murarijs presto ad manum essent, illorumq carentia Laborem non retardaret. Adventientibus itaq Diebus P. Aprilis Murarij qui preventionato tempore Stipendio conducti erant ad continuationem hujus Fabricæ accessserunt, Opusq suum et Laborem reassumpserunt a prosecutione Fanij Ecclesiæ, quæ utpote ex Lapidibus sectis et prægrandibus componi debuerat. Interim N. R. P. Minister Glis ad Visitationem Conventuum Nrû Inde S Joachimi D. 23 Aprilis hinc Cracovia versus Russia iter arripuit. Ac primo Perillustrem Mgcum Dnum Nadwicki Vexilliferum Graboviensem specialem Benefactorem Nostrum in Bonis dictis Luncka in Palatinatu Belzensi sitis invisit. Post Hospitalitatem aliquorum Dierum apud prædictum Dominum versus Conventum Tomasoviensem Iter direxit, ad quem in Vigilia Ascensionis DNJC. pervenit. Ibique in Ingressu excelleptione Tormentorum post a Sa Communitate illius Collegii præexistente Rdo Provli qui N. P. adventum prestolabatur salutatus est. Tandem post quietem aliquorum Dierum cæpta est Visitatio illius Collegii qua ad Finem deducta N. R. P. Minister Generalis cæteros Conventus reliquit visitandos Pri Provinciali,

Ipse vero

Ipse vero versus Cracoviam maturavit Iter. Interim hoc tempore Fabrica Ecclesiae cum summa celeritate prosequebatur, ac Dnus Josephus Piltz Pictor perveniens 2da Aprilis ex Moravia colores praeparabat post paucosq Dies reassumpsit depingendam Ecclesiam a Fornace Majoris Capellae in eaq viris coloribus (sut videre est:) expressit Assumptionem B.V.M. Ceteri vero Fratres protunc Capellas minores Ecclesiae depingebant Statuarius autem Frater Capitella de Gypso ac Flores supra Arcus Capellarum minorum affabre laborabat. Capitella quae celeri opere perfecta erant statim deaurata sunt. Consummato ad medietatem Ecclesiae Picturarum decore et Majori Altari ad medietatem elegantissime depicto Pons disjectus est et sic jam reliquum Ecclesiae coepit depingi. Murarij vero partim Lumina Ecclesiae prosequebantur, partim Fornices subterraneos Ecclesiae concamerabant, et sic Moles Ecclesiae cum admiratione omnium ad suam properabat consummationem.

Hoc tempore Aestatis Mars bellicus a coepto furore non remiserat imo fortius exarsit inter Domum Austriacam et Regem Borussiae, Imperatrix etiam Moschoviae jam diu desideratas auxiliares suppetias plusquam ex centum Millibus Militum compactas Domui Austriacae submiserat cum Comite de Fermer Generalissimo Exercitus qui exercitus partim per Regalem Prussiam, partim per Russiae Palatinatum Lublinensem et Ducatum Masoviae versus Majorem Poloniam properabat ad arcendas Regis Borussiae Militares Copias. Sed quia exercitus Moschoviticus magna ex parte erat compositus ex Kozacis et Kalmucis quae Gens utpote barbara ingentes exorbitationes fecit non tantum in Ducali Prussia sed etiam hic in Polonia, Kalmuci enim ex transitu Infantes surripiebant et vorabant, coram quibus nec Infantes nec Matres nec quidem Mulieres securae erant sed abscondi debuerant. Cosaci autem insuper in publicis Viis latrocinabantur ita ut Viatores maxime Negotiatores ex Partibus Lithvaniae continuo lamentarentur se non posse propter Latrocinium Cosacorum suis Domibus securae pedem efferre, jam ergo unitus Exercitus Moschoviae coepit obsidione premere Civitatem Custrinum dictam ac in Ducali Borussia sitam, quae Civitas ob continuum Tormentorum explosionem ac densissimum Bombarum nimbum quasi in favillam redacta est, cum maximo Incolarum damno. Tandem

Rex

Rex Borussiæ ultimus sibi illatam injuriam post tres fere Heldomadas instruxit Exercitum ad formalem pugnam pugnatumq est continuis duabus Diebus non sine magna Regis Borussiæ cum majori tamen Exercitus Moschovitici Clade. Præter enim Captivos Jure Belli alios Generales quasi Quadraginta Millia desiderabantur Cæsorum ex Exercitu Moschovitico ipsemet Generalissimus Comes de Ferme graviter vulneratus est.

Dum hæc fiebant Fabrica Ecclesiæ nostræ de Die in Diem incrementum sumens Iam ad consummationem vergebat Diebus enim Septembris et Majoris Altaris Pictura finita est, et Subterranei Fornices ex integro consummati sunt, integra quoq Ecclesiæ cum Altaribus collateralibus sex depicta est insuper hisce Diebus Septembris duas Minores Capellas proximas Majori ac in figura ovali concameratas eleganter depinxit Dnus Dittz expressis duobus Geniis uno Devotionis altero Pietatis, quibus finitis accepto Solutionis debito residuo in Festo S. Michaëlis Archangeli ad Moraviam per Vecturam A. R. P. Generalis hinc Cracovia Iter arripuit versq Moraviam.

Post cujus abscessum Murarii Turrim Ecclesiæ finiebant quia et bene quia primis Diebus Octobris consummarunt ac post Calce incrustatam dealbarunt. Finito circa Turrim Ecclesiæ Labore, descenderunt ad sternendum pavimentum Ecclesiæ tegulis marmoreis, nigris albisq in Ordine Quincunciali, interim Portæ collaterales Ecclesiæ Laminis ferreis circumductæ suis appositæ sunt ostiis debitis circumspecte in triplici ordine cardinibus, clausuris et Seramentis ultimo tandem Porta Principalis ex asseribus Quercinis opere Arculario eleganter elabrata quadripartitim divisa suis cardinibus affixa clausuris et Seramentis instructa apposita est. Interim Pavimentum ab Altari majori totius navis Ecclesiæ usq ad portam Principalem quidem ex integro stratum est ac insuper Mense Novembris Imagines suis corniciibus inclusæ suisq Altaribus appositæ, altaria quoq ad decentiam ornata comparuerunt. Cum itaq nihil amplius desiderabatur ad Integritatem Ecclesiæ Rdus A. Mnus Generalis Die 1ma Novembris Sacris indutus præeunte Communitate ad Portam principalem Ecclesiæ solemni Ritu hora media ad 1mam

incepit

incepit Benedictionem Ecclesiae quae juxta Dispositionem nostri Manualis benedicta ad Altare majus primum celebravit Sacrum et sic totam Devotionem ad novam transtulit Ecclesiam.
Et cum firmiter statuisset ejusdem Ecclesiae Solemnem immanenti Dominica persolvere Dedicationem Locumque pro numerosissimo Hospite tractando aptum non haberet Antiquam Capellam in duas Condignationes divisit ita ut inferiorem partem per medium Muro Lateritio divisam in usum Sacristiae converteret Superiorem vero Condignationem pro recipiendis et tractandis Hospitibus in Die Dedicationis Ecclesiae designavit apposita propter Intemperiem Autumnalis Temporis Fornace ferrea.

Appropinquante igitur pro Dedicatione Ecclesiae Die Dominica quae erat 13tia Novembris immediata post Festum S. Martini Eppi Turonensis Illmus Rndissmusque Dnus Franciscus Potkański Eppus Patarensis Suffraganeus Cracoviensis ad id munus jam pridem a M.R.P. Ministro Glli rogatus et praemonitus in Vigilia Dnica hoc est Die Festo S. Martini Eppi Turonen: post decantatas a Musicis Solemnes Vesperas hora media ad 5tam Vespertinam venit ad Nostram Ecclesiam Sanctasque Reliquias Sanctorum reposuit. Solenniter praecunte processionaliter Communitate cum accensis Cereis, unoque Sacerdote pluviali induto Sanctorum Lipsana portante assistentibus Acolythis et Thuriferario ad novam Sacristiam introduxit ac in Altari ornato sub Baldachino inter accensas Candelas reposuit, ac tandem Litanias de Omnibus Sanctis praeorante Illmo Rndissimo Suffraganeo recitatis Sacra Communitas Matutinum de SS. Martyribus quorum Reliquiae erant repositae inchoavit ad cujus Finem scilicet post Te DEUM Laudamus Illmusque Rndissmusque Dnus Suffraganeus ad propriam residentiam rediit Sacra vero Communitas Laudes continuavit et finivit. In Crastinum vero Sacra Communitas hora media ad 5tam matutinam excitata hora 5ta ingressa Chorum ad persolvendas Horas Canonicas de Dedicatione Ecclesiae quibus finitis Patres descenderunt ad celebranda Sacrificia Missae ita ut media ad 7mam omnes missas finierint. Interim convenerunt R.R. P.P. Missionarii caeterique in assistentiam Illmo Rndissmo Dno Suffraganeo praestolabantur Illius adventum, qui Illmusque Rndissmusque Dnus Hora 7ma

comparuit

comparuit, Sacrisq Ep[iscopa]libus indutus Processionaliter Sacras Reliquias ad novam Ecclesiam exportavit ac statim Solemnem Dedicat[io]nem inchoavit. Ad hanc Functionem multitudo Hominum convenit, pro ingressuq Ecclesiæ tumultuari cœpit ita ut nisi tempestive prævisus hic Tumultus appositis ad Portam Ecclesiæ et Conventus Militibus arceretur Ill[ustrissi]mus ac R[evere]nd[issi]mus Consecrator magnam pateretur molestiam et incommoditatem in persolvendis Cæremonijs et Ritu Dedicationis Ecclesiæ. Post recitatas itaq ante portam principalem Ecclesiæ Litanias de Omnibus SS. ac post aspersas ad extra circumcirca Parietes Ecclesiæ aqua a se benedicta juxta dispositionem Ritualis Pontificalis intravit Ill[ustrissi]mus Consecrator Ecclesiam intra quam cætera quæ ad Dedicat[io]nem Ecclesiæ spectant prosequebatur, tandem Altare S. Cajetani quod erat ex Muro erectum consecravit, post cujus Consecrationem Dedicationem Ecclesiæ continuabat quam et finivit hora media ad Undecimam.

Persolutis omnibus quæ ad Dedicat[io]nem Ecclesiæ requirebantur Ill[ustrissi]mus Consecrator Solemnem Missam inchoavit cantantibus et sonantibus selectissimis Musicis ad id munus ex Capella DD. Universitatis conductis. Interim Hospites a R[everendissim]o N[ostr]o P[at]re M[agist]ro Gen[era]li ad Solemnitatem et Prandium invitati inferius specificandi convenerant assistebantq Devotioni, et Sacrificio Missæ ab Ill[ustrissi]mo R[evere]ndissimo Consecratore celebrato. Post finitum igitur Solemne Sacrificium Missæ invitati hospites A[dmodu]m ad Cellam R[evere]nd[issi]mi N[ost]ri P. Ministri Generalis gratulationis Causa consummati operis et peractæ Dedicationis Ecclesiæ ascenderunt. Tandem postquam jam instructæ Dapibus Mensæ pro Dignitate Hospitum fuerant omnes ad Serum pro tractatione bene imo optime dispositum et accommodatum intrarunt. Hospites vero invitati et Dignitate distinctissimi et numero plures fuerunt sequentes.

Ex Statu Spirituali.

Cel[si]ssimus et R[evere]nd[issi]mus Dominus Andreas Załuski Dux Severiæ Ep[isco]pus Cracovien[sis].

Ill[ustrissi]mus ac R[evere]nd[issi]mus D[omi]nus Franciscus Potkański Ep[isco]pus Lataren[sis] Suffraganeus Cracovi[ensis] Consecrator.

Ill[ustrissi]mus ac R[evere]nd[issi]mus D[omi]nus Trzebinski

Ill[ustrissi]mus ac R[evere]nd[issi]mus D[omi]nus Potocki

Illmus Rndssmus Dnus Beldowski
Illmus Rndssmus Dnus Lukaszkiewicz.
Illmus Rndssmus Dnus Mierzięjowski Canonici Cracoviensis
Illmus Rndssmus Dnus Kietlinski Canonicus Kujaviensis
Illmus Rndssmus Dnus Wosinski Infulatus Tarnaviensis
Illmus Rndssmus Dnus Chmielowski Prelatus Insignis Canonicorum Lateranensium.
Illmus Rndssmus Dnus Hyrka Canonicus OOSS.
Rndus Pr Reuter Societatis JESU Collegii S. Mathiae. cum Socio.

Ex Statu Saeculari.

Illmus Excellentissimus Dnus Moszczynski Castellanus Inowroclaviensis
Illmus Excellentissimus Dnus Wielopolski Palatinides Sandomiriensis
Illmus Excellentissimus Dnus Wielopolski Vexilliferides Regni.
Perillris Mgcus Dnus Arnpiell Dapifer Cracoviensis
Perillris Mgcus Dnus Dembinski Pincerna Cracoviensis
Perillris Mgcus Dnus Dembinski Pincerna Lat...
Perillris Mgcus Dnus Jordan Palatinides Braclaviensis S. R. M. et Reipublicae Filius.
Perillris Mgcus Dnus Stadnicki Vexillifer Grabovecensis et Cohortis Loricatae S. R. M.
Illmi Mgci Dni Kochanowscii Castellanida Radomscensis Fratres
Illmus Mgcus Dnus Moszczenski Capitaneus Baricensis.
Illmus Mgcus Dnus Hatuski Capitaneus Zakliczynensis
Perillris Mgcus Dnus Linowski Dapifer Schovensis cum Filio
Perillris Mgcus Dnus Kuminus Colonellus S. R. M. et Reipublicae
D. Director Palatinides Sandomiriensis et Vexilliferide Regni.
Dnus Placidi Architectus Ecclesiae
Dnus Morelli Medicus Celsissimi Principis Eppi Cracoviensis.
Et cum plures adhuc superessent Hospites nec ad eandem poterant componi tabulam ideoque non absimili apparatu et dapibus instructa erat mensa pro Quadraginta Personis in Refectorio ad quam totidem tractabantur Hospites eiusdem Cibis et Vino inter quos primum tenuit Locum Rndus Pr Bartel Sacrae Theologiae Doctor Prior Augustianorum cum Rndo Pre Regente Socio.
Fratres autem nostri ne praeoccuparent Locum tempestive hora competenti sumpserunt Prandium. Cum igitur omnes ad satis=

satiorem fuerint tractati et a Mensa surrexerunt. Illmus
Consecrator descendit ad Ecclesiam ac Episcopalibus Paramentis
indutus Sacramentum Confirmationis administravit ad
altare S. Cajetani confirmatiq sunt hic Sacramento ex
utroq Sexu plusquam sexaginta hominum quo finito
Illmus Consecrator sacris exutus immediate ex Ecclesia
ascendit Currum et ad propriam Residentiam abivit.
Ceteri autem Hospites fere usq ad seram noctem traxerunt
moram praeter Celsissimum Principem Eppum Cracoviensem
qui hora quarta pomeridiana abivit. Et sic opus Ecclesiae
Nrae ex integro et omnibus numeris absolutum consummatum
est Ad MDDD Trinitatis gloriam B. Virginis MARIAE Cultum ac ad perennem Nostri Reverendi Patris Ministri Generalis Stanislai
a SS. Sacramento Memoriam Cui Deus Ter
Optimus Maximus pro Majori augmento hujus
Conventus tribuat integerrimam Sanitatem ad pluri-
mos aetatis Annos.

Hujus tam solemnis Consecrationis Testimonium typo impressum
cum subscriptione propria Manus suae et designatione Anniversariae Diei Dedicationis hujus Ecclesiae praefatus Illmus
Consecrator reliquit quod est hujusmodi.

Anno Dni Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Octavo Die 12 Mensis Novembris.
Ego Franciscus Potkanski Eppus Patarensis
Suffraganeus Cracoviensis consecravi Ecclesiam
PP. Trinitariorum et Altare parvum in honorem
S. Cajetani Reliquias Sanctorum Theodori et
Blandini Martyrum in eo inclusi et singulis Xti
Fidelibus hodie unum Annum et in Die Anniversario Consecrationis hujusmodi ipsam visitantibus
quadraginta Dies de vera Indulgentia in Forma
Ecclesiae consueta concessi, Diemq Anniversariam
Dedicationis ejusdem Dominicam Tertiam
Novembris assignavi.

Franciscus Potkanski
Suffraganeus Cracoviensis
mp

L. S.

Post præstam hanc Sacram Cæremoniam Dedicationis hujus Ecclesiæ pulcherrime adornatæ non cessavit adhuc Nr Rndssmus Pater Generalis a Decore Domus hujus DEI a se fundatæ, quinimo pro majori Cultu et laude DEI Chorum Musicorum et Organum cum Vocibus Septemdecim extrui curavit ut sic in Choro et Organo in Cymbalis bene sonantibus laudetur Nomen Domini. Prædictum autem Organum constat Quinquaginta Aureis

De Successibus Nri Capituli Glis Ordinis celebrati in Conventu Mediolanensi A° D. 1759 Die Nona Mensis Maji sub Præsidentia Reverendissimi Nostri Patris Stanislai a Ssmo Sacramento Majoris ac Generalis Nri.

Paulo ante dictum Capitulum Glе in Mense 9bri Anno 1758 pervenit ad manus N. R. P. Ministri Glis (: Cracoviæ ex tunc permanentis :) Renunciatio Commissarii Glis Hispaniarum P. F. Joannis a Conceptione et Testimonium dictæ Renunciationis a toto Diffinitorio Glis Familiæ Hispanæ tradendo consentientiam acceptandi et substituendi in Vice-Commissarium Prem Frem Christophorum ex Provincia Transfigurationis; mirabatur N. R. Pr Glis tam repentinæ Renunciationi Commissarii Glis cum brevi imminebat Capitulum Glе nihilominus quia totum Diffinitorium Glе ~~instabat~~ Familiæ instabat curavit expediri Patentes Pri Christophoro nominando eundem in Vice-Commissarium Glem Familiæ Redemptoris. Hinc subsequentes postea primo aperuerunt Mysterium Lamentationes et querimoniæ Religiosorum ex Hispania, Commissarium fuisse fraude et minis inductum ad renuntiandum primus incepit contra hoc agere Minister Matritensis qui ad sonum Campanæ convocata Communitate suasit omnibus ne obedirent Vice-Commissario tanquam nulliter electo secuti hoc Consilium omnes Nostri Provinciales in Hispania, Recursus factus ad Aulam sic ut quando pervenerat Matritum Pr Christophorus Vice-Commissarius illico citatus ad Aulam Patentes pro Vice-Commissariatu eidem recepta ille vero solus expulsus ex Conventu Ma-

tritensi

Interfi tunc incertum Bellum totius Familiæ Hispanæ contra
suum Diffrium Grale, ex. Romam delata ubi prudentia dictante
nulla decisio facta nec voluerunt misceri inter Partes Litigantes
ad ulteriorem Dispositionem Superioris Gnlis Ordis quod idem
faciebat et Aula Regis Hispaniæ in sua pariter decisione
dubitans quam partem in suis Viribus tueri deberet. Rebus
sic in turbine stantibus N. R. P. Minister Gnlis ante su-
um discessum ad Capitulum in Mense scripsit PP.
Provincialibus Hispaniæ quatenus omnes et singuli obedirent
Pri Vice=Commissario Gnli Christophoro etsi aliquas
difficultates habuerint in Diffrio Grali Ordis proxime Medio-
lani celebrando proponerent. Casus fuit Fortunæ quod
quando Epistolæ N. R. P. Mri Gnlis Matritum perve-
nerunt eodem tempore iam et Decretum Regium Castiliæ
emanavit conformiter ad Epistolas, nimirum injungendo sub
pœnis PP. Provincialibus cum illorum Subditis ut omnino
obediant Vice=Commissario Gnli destinato a Superiore Gnli
Ordinis sic quies partibus Litigantibus imposita et P. Vice-
Commissarius incepit suum Gubernium quamvis ad exiguum
tempus nam proxime Capitulum Grale imminebat.
Hic jam cessarunt foris pugnæ durabant tamen intus timores
Nostrorum pendebat ab exitu Capituli in quo eligendus erat Mr
Gnlis Ordis ex Familia Hispana quisnam ille futurus erat
et Familia extra=Hispana cui parti favebat in electionibus?
At cum fuerint omnes et singuli Vocales Hispani necessarii et
liberi in numero plusquam necessario advolarent Mediola-
num ad Capitulum Grale celebrandum ita ut a tempore nostri
Instituti tam numerosum Capitulum nunquam fuerit,
quia aliqui ex nostris Capitularibus Hispanis debebant
manere extra Domum Capitularem etiam tempore Capituli.
Sed ubi expectabatur Chaos rerum quando omnes etiam secu-
lares judicabant non posse eligi Generalem nisi per Breve Pon-
tificium stantibus anterioribus disturbiis ultra tamen omnem
Spem et opinionem omnium Nrum Capitulum Grale Ordis
successit ad Vota et Desideria ita ut omnes mirarentur asse-
rentes nunquam fuisse Capitulum Grale tam pacificum quietum
tranquillum uti nostris temporibus Mediolani celebravimus.
Ibi concordibus Votis electus in Caput Religionis N. Rdus P.
Gaspar a S. Thoma Aquinate ex Prâ Conceptionis
Familia vero nostra Matris Redemptoris Commissarius
Gnlis

Gnrlis plerius suffragiis nominatus N. P. Rudolphus a S. Jone Nepomuceno et Prlia S. Josephi sive Germaniae.

Diffinitores Gnrles Ordinis.

N. Pr. Hieronymus a S. Augustino Prle Transfigure
N. Pr. Josephus a S. M. R. J. Prla Spirits S.
N. Pr. Hieronymus a S. Trinitte Prle Concepte
N. Pr. Gabriel a Concepte Prle Transfigurationis
N. P. Narcissus a S. Bernardo Prle Spirits S.
N. P. Raminus a Matre D. Prle Concepte.

Diffinitores Familiae Matris Redempte.

N. P. Franciscus a S. Ferdinando Prle S. P. N. Joa de M.
N. P. Joachimus a S. Anna Prla S. Joseph
N. P. Petrus a S. Casimiro Prle S. Joachimi
N. P. Angelus a S. Hieronymo Prle S. P. N. Joa de Matta
N. P. Cyprianus a S. Trinitate Prle S. Josephi
N. P. Jacobus a S. Margaretha Prle S. Joachimi.

Procurator Gnrlis Ord. et Mnr Collegii Romani ad Fornaces
P. Fr. Valentinus a S. Hermenegildo ex Prla S. Jochimi
Procurator Gnrlis Familiae Redemptoris et Minister S. Caroli
Pr. Fr. Antonius ab Angelis ex Prla Spiritus Sancti.
Chronista Gnrlis Familiae Matris Redemptoris.
Pr. Fr. Marianus a S. Stanislao Polonus
Chronista Gnrlis Familiae Redemptoris.
R. Fr. Ludovicus a S. Didaco Hispanus

Acta Praesentis Capituli fuere sequentia

Imo — Ut observentur novae Constitutiones demptis Praeceptis et hoc etiam per 3tium Capitulum Gnrle Ord. confirmatae

2do — Ut Collegium Romanum aggregetur Familiae Matris Redemptoris quod iam et Reverentiter aggregatum per Bullam Pontificiam Clementis XIII feliciter regnantis.

3tio — Ut Procurator Gnrlis Ord. habeat Votum in Capitulo Gnrli Ordinis et Familiae in Familia ideo ab hinc in nostra Familia erunt duo Procuratores Gnrles unus Curiae Romanae et alter plurium Provinciarum qui habebit Votum in Capitulis Gnrlibus intermediis in quibus Commissarius Gnlis eligitur

Tandem decretatum fuit, quod P.P. Concionatores plausibiliter

biliter prædicantes habeant gradum ad Superioratus similiter ac ille qui tribus Quadragesimis concionatus fuerat ut habetur in Legibus.

His omnibus feliciter peractis in Pace et Charitate ubi inceptum ita conclusum ad admirationem omnium finitum fuerat Capitulum et mutuis amplexibus Fratres sibi ad invicem valedicentes in suas Dōmos redierunt.

Decretum Diffinitii Gnrlis Ordis Matriti celebrati 24ta Septembris 1759.

Fr Raminus à Matre Dei Diffinitor Gnrlis ac Secretarius Nri Diffinitorii Gnrlis Ords Excalceatorum SSmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum attestor et fidem facio quod inter diversa Statuta hujus Nri Diffinitii Matriti celebrati exstat Decretum tenoris sequentis: Meritis undequaque illustribus N. R. P. Exgeneralis Fr Stanislai a SSmo Sacramento mature ponderatis senex similiter concupiscimus Nostrum Diffinitorium unicuique reddi juxta opera sua juste petiit quam benigne Largitur præfato N. R. P. omnia et singula Privilegia quæ Leges nræ concedunt PP. Diffinitoribus Gnrlibus actualibus excepto loco. Hinc absque Prælati alicujus licentia et benedictione possit de Domo exire Socium quem maluerit eligere et hora qua velit Sacrum celebrare tum intra Ecclesiam Nri Ordinis, tum extra illam in Oratorio nimirum aliquo prout ei placeat. Hinc pariter nullus Prælatus sive inferior sive Superior possit eum ad Chorum aut quemlibet alium actum Communitatis vocare. Datis in hoc Nro Matritensi Conventu Die Vigesima Quarta Mensis Septembris Anno Dni Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Nono.

Fr Raminus à Matre Dei
Diffinitor Gnrlis Ords et Secretarius
mp

(L. S.)

Anno Dni 1759 Feliciter moderans Ecclesiam Clemens XIII P. M. benedixit Statuam JESU Nazareni pro Conventu nostro Casimiriensi ad Cracoviam sito In cujus Capite inclusit Reliquias Sanctas Lignum Crucis 2do particulas ex Ossibus S. Josephi Calasantii S. Josephi de Leonissa et S. Ladislai de Gielniow.

Anno eodem 9 Junii Die Sabbathino Festum SS. Trinitatis immediate praecedente Eadem Statua JESU Nazareni ex Ecclesia PP. Mansionariorum in Stradom degentium ad Ecclesiam nostram Casimiriensem publice fuit ac solemniter introducta. Hujus Actus Solemnitas sequenti processit Ordine:

Hac Eadem Die Matutino Tempore postquam fuerit asportata Statua JESU Nazareni ab Uno ex Nostris Religioso ad Ecclesiam dictorum PP. :/: quos Mansionarios supra diximus :/: in Medio Ecclesiae propé Majorem Capellam ad tantum recipiendum Hospitem honorificentissimè adornata, est collocata; quam Varii Sexus ac Ordinis Populus, magnô Pietatis Zelo, Actus debitae Venerationis ergô invisebat.

Sed cum prolixus hujus Solemnitatis Actus moram pati requiret, ideoque post duodecimam et ultra, Diei horam praecessit Armorum resonantia Strepitus :/: quae ferè ad quam Noctis horam incessanter trahebat :/: ut qui in Votis haberent, huic Actui interesse Notitiam exhiberet.

Quare circa 2dam post Meridiem in Ecclesia supradictorum PP. Vespera solenniter canebant, quibus finitis pervenit Adm: R. D. Laurentius Josephus Floridus Chmielecki S. T. Licentiatus, Canonicorum Regularium Lateran: per Minorem Poloniam et M. D. L. Praepositus Generalis, Nostraeque Religioni addictissimus, ad introducendam Statuam delectus, et invitatus, qui decentissimô quô poterat Modô Sacris indutus, assistentibus Octo Diaconis, et duobus Thuriferarijs Redemptoris Statuam accessit, qua flexis genibus thurificata, coepit canere

Hymnum.

Hymnum: JESU dulcis. his expletis accesserunt ad gestandam Statuam JESU Nazareni ex quolibet ferè Ordine bini, et Canonici Lateran: pariter Duo, Omnes Dalmaticis solenniter vestiti. Ut verò DEO major Laus et Honos exhiberetur, stipabant eandem Statuam cum facibus accensis 24. Juvenes perbellè adornati. Undè eodem temporis Articulo solennissima Processio cepit suum habere Exordium.

Praibant imprimis Omnes Confraternitates, hos sequebant Omnium Comunitatum Religiosi cum elevata Cruce, qui talem assistendi Modum in More positum habent, quos Cæteri cum suis Socijs comitabant, At verò Sacerrima Comunitas Adm. RR. PP. Canonicorum Lateran: in ipso fine, videlicet ante Statuam JESU Nazareni, et suum Rdssimum Prælatum gravi incedebat passu.

Anteibant cum Musicis Instrumentis in tres partes divisi peritiores hujus Artis Viri, Comitati sunt quoqꝫ Spectatissimi Proceres, et Ecclesiasticarum Personarum Copiosa Multitudo, sed superabat tum Incolarum Urbis, tum Congregata ex remotioribus partibus frequentia plebis adeò numerosa, ut vastissima platea :/: qualis enim est :/: et Anguli, tum deniqꝫ lapidearum fenestræ, et ipsa earum Tecta Spectatoribus vix suffecerint.

Res hic tandem notatu dignissima exprimitur, quod Fideles, quàm primum Redemptoris Statuam Januæ Ecclesiæ PP. Missionaristarum, et ex janua Ecclesiæ ipsi demum plateæ approximatam conspexerint, eò tunc, non modo provectioris Ætatis homines, verùm etiam Infantes qm plurimi, qui vix labia in verba laxare possunt, humi prostrati, altiùs succlamare cæperunt: JESU Nazarene Miserere Nobis. quos gemitibus et Suspiria per integrum Processionis tractum cum lachrymis fundere non cessabant. Perducta igitur Thaumaturga ad Nostram Ecclesiam Casimiriensem cum tanta Solemnitatis pompa :/: qualem vetustiora Sæcula hac in Urbe Cracovia nec memorant, nec memorabunt unquam :/: erat in Majori Altari prointerim collocata.

Tandem ascendit pulpitum Adm. R. P. Błeszynski S. T. D. et Concionator Gnlis Ord. S. Fran cisci Conventualium qui Sermonem omni pondere et elegantia plenum ad Populum habuit, Thema assumpsit ex Lib. Tobiæ Cap: 13. sequens,

Munera deferentes adorabunt in Te Dominum

Ex hu

Ex hoc Themate hanc formavit Propositionem:

Jezusowi Nazarańskiemu Tron swoy osiadaiącemu w Stołecznym Mieście, iako Krolowi chwały, troiaki prezentować będziemy podarunek quam in tres partes distributam Nimirum

1mo Na wyznanie absolutnego panowania Jego, wolę naszą pod Jego wolą Nayś: resygnować będziemy

2do Na Oświadczenie Podaństwa naszego upokorzone oddamy Serce.

3tio Na znak wdzięczności nieustaiące z powinnym uszanowaniem oddamy Nabożeństwo.

solidis Argumentis ad Spiritualem Fidelium Ædificationem comprobavit, et confirmavit.

Anno verò sequenti, nimirum 1760. d 9. Aug: peracta est similis Introductio Confraternitatis JESU Nazareni ex Ecclesia R.R. P.P. Prædicatorum in ipsa Civitate Cracoviensi existente, ad Nostram Ecclesiam Casimiriensem, eadem Solennitate, honorificentia, Pompa, et Assistentia, ab Eodemq Rad[mo] Prælato, prout supra specificatum in Solennissima Introductione Statuæ JESU Nazareni, cui sit Laus et Honor in Sæcula.

Anno Eodem d 10. Aug. emanavit Decretum constare de Virtutibus Theologicis et Cardinalibus V. P. N. Joannis à Conceptione, et est sequens:

CORDUBEN.

Beatificationis, et Canonizationis.

Venerabilis Servi DEI.

JOANNIS BAPTISTÆ.

À CONCEPTIONE.

Fundatoris Fratrum Reformatorum Discalceatorum Congregationis Hispanicæ, Ordinis SS. TRINITATIS, Redemptionis Captivorum.

SUPER DUBIO.

An constet de Virtutibus Theologalibus, Fide, Spe, et Charitate, in DEUM, et Proximum, nec non de Cardinalibus: Prudentia, Justitia, Fortitudine, et Temperantia, earumq adnexis in gradu heroico in casu, et ad effectum, de quo agitur.

Cum ex Sedis Apostolicæ Sanctionibus, et inconcussa S. R. C. praxi rigidè discussæ jam inde fuerint in Congregationibus Antepræparatoria diei 26. Jan: 1740. et duabus Præparatorijs habitis d 4. Jul: 1747.

et 18 Jul:

Et 18. Jul. 1752. Virtutes heroicæ Venerabilis Servi DEI IOANNIS Baptistæ à Conceptione, Fundatoris Fratrum Reformatorum Discalceatorum Congregationis Hispanicæ, Ordinis SS. TRINITATIS. Red. Captt. qui in arcta Xtianæ Perfectionis Semita Cæteris præluxit ardenti Charitate in DEUM, et Proximum, assiduo orandi Studio, jugi sui Corporis excruciatione, laboribus, Ærumnis, et heroica Goertim animi fortitudine, qua semper in DEUM erectus, gravissimas superavit difficultates, ut sub rigidiori Disciplina Provincia Discalceatorum in suo Ordine Apostolica Auctoritate stabiliretur. Propositum denuò fuit per Reverendissimum Dominum Cardinalem Cavalchini Causæ Relatorem earumdem Virtutum Examen in Sac. Rituum Congregatione Generali habita coram Sanctissimo Domino Nostro Clemente XIII. die 15. Jul. currentis Anni, in qua etsi uniformis stetisset omnium suffragantium Sententia, de Virtutum heroicitate, attamen Sanctitas Sua deliberationem de more distulit, ut interim tam suis, quàm aliorum precibus Opem præstolaretur ab Omnipotente DEO, qui mentes Hominum lumine suæ claritatis illustrat.

Hac verò Die Dominica S. Laurentii M. Festo, pariter occurrente post sacrum DEO oblatum, accitis coram se Reverendissimis Cardinalibus Cavalchini Causæ Relatore, et Tamburini Sac. Rit: Congreg: Præfecto, nec non R. P. Cajetano Forti Fidei Promotore, meq; infrascripto Secretario, divino iterum implorato Præsidio, Eidem Dubio: Affirmativum responsum dedit, decrevitq;: Constare de ejusdem Servi DEI IOANNIS Bptæ à Conceptione Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, et Charitate erga DEUM, ac Proximum, et de Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, ac Temperantia, earumq; adnexis in gradu heroico in Casu, et ad effectum, de quo agitur.

Et hujusmodi Decretum in Acta Sacrorum Rituum Congregationis referri, et publicari mandavit. die 10. Aug. 1760.

D. F. Card. Tamburinus Præfectus.

Loco ✝. Sigilli.

I. M. de Lerma S. R. C. Secretarius.

Romæ, ex Typographia Reverendæ Cameræ Aplicæ. 1760.

Anno Dni 1761. Dominica IIIa post Pentecosten incidente in Diem 28. Mensis Iunii, consecratus est in Nostra Ecclesia Episcopum Illustrissimus et Reverendissimus Dnus Hyeronimus Wielogłowski Episcopus Badensis, Suffraganeus Premysliensis, cum Consecrationem administrabat Excellens et Reverendissimus Wodzicki Episcopus Premysliensis Vice-Cancellarius Regni, in assistentia aliorum duorum Episcoporum, nempe Illustrissimi et Reverendissimi Dni Potkanski Epi Patarensis Suffraganei Cracoviensis et Illustrissimi et Rndissimi Domini Kieteczewski Epi Hermopolitani Suffraganei Chelmensis. In hujus Consecrationis Actu Offerebant cum Doliolis Vini Illustrissimus et Excellentiss. Dnus Wielopolski Palatinus Sendomiriensis et Illustrissimus Iordan Castellanus Wojnicensis, quos cum deaurato et argentato Pane sequebantur Duo Castellani scilicet Illustrissimus Moszczynski Inovlodislaviensis et Illustrissimus Kochanowski Czechoviensis: Cum quibus assistebant Illustriss. Dnus Wodzicki Capitaneus Stebnicensis, et Illustriss. Dnus Wielopolski Marchio Pinczoviensis.

Hi Omnes in hoc Actu Nominati finitis ejusmodi Ceremonijs, intrarunt Conventum Nostrum gratia invisendi N. R. P. Stanislaum à SS. Sacramento ex tunc Generalem ex Ministrum, cujus intuitu et ex singulari ergâ Eundem Praefatorum Magnatum addictione hic Actus in Nostra Ecclesia peragebatur. Praeterea addebat plausum huic Actui multa Nobilitatis assistentia, ac Militiae coordinatae Cohortes cum solutione Tormentorum et Iaculatione pedestrium Militum.

Infrascriptus Ordinis Discalceatorum SS. Trinitatis Redempt. Capti. Definitor Grlis Familiae, et Secretarius. Praesentibus testatum facio, quod Nostrum Venerabile Definitorium Grle Familiae celebratum in Nostro Conventu Cracoviensi ç SS. Trinitatis Anni Millesimi Septingentesimi Sexagesimi Secundi Sessione IV. Annuendo petitis N. P. Stanislai à SS. Sacramento ex Ministri Grlis decreverit, ut post sera fata Ejusdem, Peculium quodcunque inventum fuerit, imponatur in Missas Sacrificijs celebrandis.

Celebrandis, in Suffragium suæ Animæ. Pariter et res, si quæ fuerint inventa, vendantur, et ad Eundem finem applicentur.

In Quorum finem ppria Mea Manu subscripsi et Officij Mei Sigillo munivi, die 18. 8bris. Anni Millesimi Septingentesimi Sexagesimi Secundi.

(L. S.) Fr. Daniel à Resurrectione Domini.
Definit. Gñlis Familiæ, et Secretarius mpp

Anno Dñi 1763. die 24. Junij, Conversus ex Judaismo Jacobus Zewlowicz antea dictus, ex Synagoga Casimiriensi, suscepit Baptismum in Nostra Ecclesia, quem administravit in Magna frequentia Populi Illmus Rndus Dnus Laurentius Chmeilecki, Præpositus Ecclesiæ Corporis Xti, et Prælatus Generalis, Canonicorum Regularium S. Augustini Lateranensium, et imposuit ei Nomen S. Joannis Baptistæ, et S. Jacobi Apostoli, Cognominatusqz est Chętowski, Patrini Ejusdem fuerunt, 1mo. Inobilis Franciscus Dukiewicz, Consul Casimiriensis, cum Inobili Francisca Okanska, Consulissa Casimiriensi. 2do. Honoratus Stanislaus Golinski Civis Cracoviensis, cum Inobili Barbara Dukiewiczowa Consulissa Casimiriensi. 3tio. Honoratus Thomas Czerkiewicz Scabinus Casimirij. cum Honorata Helena Lerowna Filia Mercatoris Casimiriensis, 4to. Honoratus Martinus Bellica Civis Casimiriensis, cum Inobili Marianna Bukowska Consulissa Casimiriensi.

Redeundo jam ad prosecutionem Fabricæ hujus Nostri Conventûs. Postquàm perleganter tam in structura, quàm in pictura adornata esset nova Ecclesia Nostra, à fundamentis nempe per N. R. P. Stanislaum à SSmo Srmto Generalem Ex-Ministrum erecta, mox Aº 1764. Mense Aprili continuabatur fabrica Conventûs, ita ut à fundamentis ad ipsum usqz tectum elevati sint eô & subsequenti Annô 1765. muri curritorii, cellarum, culinæ, Refectorii, & Aulæ Communitatis. Insuper Sacristia nova cum Choro Religiosorum in altum erecta est. Quæ fabrica perbellè

bellè communita fuit tegulis ligneis, à veteri scilicet culina usq; ad Chorum novum à tergo Ecclesiæ erectum, idq; in ordine ad arcendas à muris pluvias, grandines, & nives.

Sed ô fatalem, & nunquàm satis deplorandum casum! Ecclesia, quæ ob sui elegantem structuram, ac admirandam planè picturam; omnibus diversi status & conditionis hominibus veram cordis causabat lætitiam, magnificantibus utpote DEUM Ter Optimum Maximis in sanctis operibus suis, qui tantâ nos providere dignatus est fabricâ, mox singulos rapuit animi dolor, videntes nempe tam stupendam picturam quasi in ictu oculi penitùs in nihilum redigi. Die namq; 11mâ Mensis Novembris Anni 1765ti circa horam 8vam vespertinam ingens excitatum fuit incendium in lapidea Famati Gorączka, quæ lapidea est vicina & proxima lapideæ Nostræ circa ipsam Ecclesiam immediatè existanti. Hinc nedum nostra lapidea Domus redacta est in cineres cum omnibus diversi frumenti granis & esculentis, verùm etiam integrũ Ecclesiæ nostræ tectum in favillas abiit; ita ut præ intolerabili prorsus æstu omnes una ex parte Ecclesiæ confracta sint fenestræ, atq; ex nimia fumi abundantia denigrata sit integra pictura internæ superficiei Ecclesiæ. Tale autem hoc erat incendium; ut nedũ nobis Religiosis tremorem, verùm etiam toti civitati tam Casimiriensi quàm Stradomiensi timorem ac pavorem incusserit. Favente tamen aëre tranquillô, ac præbente manus auxiliares diversi sexûs, nationis atq; status populô, circa horam 2dam noctis notabiliter sedatus erat ignis, die scilicet 12mâ Novembris. Præter alias autem personas, auxiliatrices manus suas suppeditantes, erant duo Religiosi ex Ordine Eremitarum S. Augustini, & quatuor Judæi, qui vel maximè desudabant, & desudando laborabant circa coercitionem & extinctionem ignis.

Eâdem die 12mâ Novembris, & subsequentibus, misericordiâ moti non pauci suppressô nomine seculares, ut notabilem nobis obtulerant eleemosynam pecuniariam pro restauranda Ecclesiæ fabrica. Quæ etiam ex Gratia Divina mox restaurata fuit. Specialis namq; dexteritas & sollicitudo N. R. P. Stanislai à SSmo Scrmto Generalis Ex-Ministri id effecit, ut die mox subsequente (: 13tiâ videlicet Novembris :) tum coempti sint asseres, tum conducti operarii Numerô 12 in ordine ad accelerandum laborem circa confectionem tam Ecclesiæ, quàm ruderum Domûs lapideæ conflagratæ. Inprimis itaq; inchoata fuit reparatio Ecclesiæ circa fenestras, ita ut loco fenestrarum vitrearum dati sint asseres pro interim in ordine ad protegendam Ecclesiam à nivibus & pluviis. Tandem contecta fuit Ecclesia asseribus pro interim, quousq; vernali tempore non contegatur obricibus, seu tegulis argillaceis, quarum triginta millia jam sunt soluta & convecta in Nostrum Conventum Mense Decembri ejusdem 1765ti Anni.

Die 4tâ Decembris Anni ejusdem transmissum erat Româ Decretum Beatificationis V. P. Simonis de Roxas tenoris sequentis.

DECRETUM
TOLETANA.

Beatifi-

J. M. J.

Beatificationis & Canonizationis VEN: SERVI DEI SIMONIS DE ROXAS Ordinis Calceatorum SSSmæ TRINITATIS Redempt: Captivorum.

Ex quatuor miraculis, quæ intercessione VEN: SERVI DEI SIMONIS DE ROXAS patrata divinitus dicebantur, primum quidem, quod erat Instantaneæ sanationis MARIÆ JOSEPHÆ TORQUEMADA ab ulceribus sinistram ejus mammam torquentibus, ac devastantibus, suam jam habuit Apostolicam approbationem: nam SANCTISSIMUS DOMINUS NOSTER PAPA CLEMENS XIII. post collecta suffragia Consultorum omnium, & RR. Cardinalium, qui interfuerant Congregationi Generali habitæ die 20. Januarii Anni 1762. Die tandem 2. Februarii Anni 1762. declaravit: de hoc primo miraculo constare in tertio genere. Verum cùm justis de causis motus deinde fuisset, ut copiam daret Postulatoribus experiundi novum examen aliorum trium miraculorum in altera Congregatione Generali coram se convocandâ; ac tandem coactâ, die 24. elapsi mensis Septembris, Idem Sanctissimus Dominus Noster auditâ iterum plenitudine suffragiorum ejusdem Congregationis, etsi judicium tunc suum non aperuerit, quò ad Divini Numinis illustrationem, & suis, & aliorum precibus imploraret, hâc tamen die, quâ memoria recolitur Patrocinii B. M. V. accitis RR. Cardinalibus Cavalchino Causæ Ponente, & Feronio Sacrorum Rituum Congregationi Præfecto, nec non R. P. Cajetano Forti Fidei Promotore, meqꝫ ejusdem Sacræ Congregationis Secretario declaravit, constare in tertio genere de Instantanea Sanatione JOSEPHÆ RIVERO SARMIENTO à veteri in crure Aneurysmate.

Hocqꝫ Decretum publicari, & in Acta Sacrorum Rituum Congregationis referri mandavit. Hâc die 10. Novembris 1765

(L + S.)

Joseph Maria Cardinalis Feroni Præfectus.
S. Archiep. Theodosiæ S. R. C. Secretarius.

ROMÆ MDCCLXV.

Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

Redeundo denuò ad Nostrum intentum, impossibile planè dictu est, quantos N. R. P. Ex-Minister Generalis exantlaverit labores circa protectionem Ecclesiæ Nostræ ab incendio; nulli etenim parcens labori, omnem prorsus adhibuit conatum ad providendum successu temporis securitati Ecclesiæ & Conventûs Nostri, id volens efficere, ut Officina crematoria, vulgo Gorzalnia, vicini Nostri Gorączka, in locum ab Ecclesia Nostra dissitum transferatur. Quem in finem mox Varsaviâ suis precibus impetravit, ut revideantur loca combusta per Commissarios Regios, prout actu revisa & lustrata sunt die 12mâ Decembris Anni 1765. per P. M. D. Jerowski Administratorem magnæ Procuræ, & P. M. D. Rudnicki Judicem magnæ Procurationis Arcis Cracoviensis, in præsentia totius

tius Magistratus Casimiriensis, adstantibus insuper quinque testibus omni exceptione majoribus, videlicet: P. M. D. Kruszewski Administratore fodinarum Vieliciensium salis, P. M. D. Kielczewski Vice Administratore earundem fodinarum, P. M. D. Kytlinski Superintendente Camerae Reipublicae & S.ae Regiae Majestatis, M. D. Rysiewicz Notario Arcis Cracoviensis, & M. D. Horosiewicz Notario Magnae Procurae. Facta Revisione tum lapideae Nostrae, tum Vicini praeasserti, mox Perillustres Commissarii simulque Judices S. R. Majestatis supra specificati decisivam sententiam tulêre: incendium suum exordium sumpsisse in Domo lapidea Famati Gorączka, non verò in Arcularia lapidea Nostra, prout nonnulli homines malevoli asserebant. Commissio autem Regalis sonat sic:

Kommissya J. K. Mci Skarbowa.

Uczynił tu Rekurs Imc Xiądz Oborski Trynitarz, przez J. W. Imc Xiędza Podkanclerzego koronnego, z wielkim użaleniem się, y przełożeniem nieszczęśliwego przypadku zgorzenia Kościoła z nienadgrodzoną szkodą, w tych czasiech, a to z okazyi Ognia wszczętego u Mieszczanina in Contiguitate mieszkaiącego, ktory to Sąsiad Imieniem y przezwiskiem nazywa się Michał Gorączka, ktory tak w ścisłey bliskości konserwuie Gorzalnią y Stodołę, z ktorey także przyczyny przed Lat kilkunastu Klasztor zgorzał, a zatym dopraszał się, aby ad locum loci zesłana była Wizya, z ktorey pokaże się, iako zawsze imminens periculum y na przyszłe czasy pochodzić może; Więc Kommissya J. K. Mci Skarbowa za arcysłuszną rzecz uznała takowey Wizyi wyprowadzenia, do ktorey mianuie Urodzonego Wielkorządcy Krakowskiego wraz z Urodzonym Imc Panem Sędzią Wielkorządowym, ażeby condescendant ad Fundum, y Sytuacyą Mieysca tego, na ktorym Gorzalnia y Stodoła stoią, zważyli, zważywszy bliskie niebespieczeństwo na przyszłe czasy, nakazali gorąco, nieodwłocznie temuż Mieszczaninowi Gorączce, aby te Gorzalnią y Stodołę, przeniosł za Wisłę, ile mu ma bydź niedaleko, quô fine trzeba będzie extendere rigorem executionis na niego in casu, gdyby zadosyć nieuczynił. Dan w Warszawie Dnia 27. Listopada 1765.

Roch z Głogowy Kossowski
Podskarbi Nadworny

Do Urodzonego Perowskiego
Porucznika: Woysk: Kor: jako
Wielkorządcy Krakowskiego

Minasowicz Sekretarz.

Sub-

J. M. J.

Subsequitur Annus 1766. in cujus exordio coempta sunt varia materialia, uti obrices, lateres, calx, ferrum, & alia ad prosecutionem fabricæ necessaria. Die 15. Januarii non obstante brumali frigore adornata est Ecclesia Nostra novis fenestris vitreis, quarum loco dati erant asseres nonnisi post conflagrationem, uti superius fol: 49. dictum est. Die 15. Martii conducti sunt tum lignifabri pro efformandis trabibus in ordine ad contegendam Ecclesiam obricibus, tum murarii ad tegendam tegulis argillaceis tam Ecclesiam, quam ejus Capellas ex illa parte, quâ prostat Domus Nostra lapidea, prout actu contecta est. Mox prosequebatur simul fabrica Conventus, ita ut primùm dati sint à Murariis tum fornices supra curritorium, tendens ad novam Sacristiam; tum super Refectorium; tum super Sacristiam; tum supra Aulam Communitatis; tum super novum Religiosorum Chorum, à tergo Majoris Aræ erectum; tum supra duas cellas, aream Claustri respicientes; tum demum super quatuor cellas, quadrum Conventûs respicientes. Tandem à Lignifabris data erant pavimenta ex asseribus tum in curritorio inferiori ad Sacristiam tendente, & superiori Chorum respiciente; tum in novo Refectorio; tum in Sacristia; tum in Bibliotheca; tum deniq; in prædictis sex cellis novis. Postea ampliabatur Archivum Conventûs, ita ut una unius cellæ medietas sit addita Archivo, ex altera verò medietate cella ejusdem carcer sit effectus. Denum erectus est murus circa novam Sacristiam in ordine ad gradus efformandos, qui etiam mox dati sunt. Deniq; stratum est pavimentum Chori Religiosorum asseribus, circa quem è ligno affabrè extructus est parvus Chorus, à latere nempe Evangelii Majoris Altaris, idq; ad collocandum in eodem minus organum Pozytywek vocatum.

Eôdem Mense Martiô Anni 1766ti invitati erant denuo à N. R. L. Ex-Generali Commissarii Regii ad lustranda rudera combusta lapidea tam nostra, quàm Vicini nostri Gorączka. Lustravit autem prædicta loca L. M. D. Jerowski Administrator Magnæ Procuræ, unà cum M. D. Horosiewicz Notario ejusdem Procurationis Arcis Cracoviensis in assistentia totius Magistratûs Casimiriensis. Perillustris verò M. D. Rudnicki Judex Magnæ Procuræ, infirmitate utpote tactus, lustrationi huic interesse nequibat. Qui tamen misericordiâ motus erga Famatum Gorączka, contra Decretum Commissionis Regalis Thesauri Regni [: immediatè foliô præcedenti specificatum :] disposuit: ut Officina crematoria, vulgò Gorzalnia, non jam retro Vistulam transferatur, ast in area sua lapidea in linea recta circa murum civitatis erigatur, ubi nempe ~~extitit~~ horreum, quod in præsentia eorundem Judicum est cassatum, & dirutum per quatuor milites Regales, specialiter ad hunc actum designatos. Decretum autem à Judicio magnæ Procuræ emanatum est tenoris hujusmodi:

Niżey

Niżey Wyrażeni z Dyspozycyi Przeswietney kommissyi Jego Krolewskiey Mći Skarbowey, zeszedłszy na Wizyą Sytuacyi Kamienice Sukcessorow nieletnich niegdy Sławetnego Wawrzeńca Okońskiego Mieszczanina kazmierskiego, teraz w Possessyi Sławetnych Michała Gorączki Mieszczanina Kazmierskiego, y Małgorżaty przedtym Okońskiey Małżonkow teraznieyszych będącey w Miescie Kazmierzu przy kamienicy przyległey Kosciołowi Ichmosciow Xięży Trynitarzow stoiącey, na Grunt pomienioney kamienice przy obecnosci Urzędu Radzieckiego kazmierskiego przystąpilismy według Dispozycyi Przeswietney Kommissyi, ktorey iest wyrażenie takowe.

Kommissya I. K. Mci Skarbowa.

Uczynił tu Rekurs Imc Xiądz Oborski Trynitarz, &c. ut supra fol: 50.

Tey Dispozycyi Przeswietney kommissyi I. K. Mci Skarbowey kontext słowo w słowo pod obecnosc Urzędu Radzieckiego kazmierskiego, y Sławetnych Gorączkiewiczow Małżonkow na Gruncie w kamienicy Sukcessorow Okońskich Dziedziczney, a Sławetnych Gorączkiewiczow w Possessyi mianey, Przewielebny Imc Xiądz Oborski Ex General Wielebnych Oycow Trynitarzow, na ktorego instancyą ta Wizya przez nas do odprawienia iest naznaczona, sprowadził nas do kamienice przyległey Kosciołowi Konwentu swego Wielebnych Oycow Trynitarzow, w ktorey żadney szynku y Mieszkania ciż Oycowie Trynitarze nietrzymaią, ale tylko Laboratorium dla Potrzeby robot Rzemiesłniczych pro usu Conventus, signanter Stolarszczyzny maią w tey kamienicy, obszedłszy wszelkie znayduiące się Ædificia miarkowalismy z wszelkiey okolicznosci, że z okazyi ich ten pożar ogniowy nie nastąpił.

Wrocilismy się potym do kamienicy Possessyi Sławetnych Gorączkow, zastalismy w tey od kamienicy WW. OO. Trynitarzow kominy niektore nad Dach niewyprowadzone, Dachy nad kamienicą przez pożar ogniowy zniesione, za Izbą szynkowną zastalismy Gorzalnią wystawioną z Chlewami przyłączonemi ex opposito Koscioła WW. OO. Trynitarzow, iedną kamienicą tegoż Konwentu przyległą od Koscioła dzielącą się Browar do Piwa warżenia ex opposito stoiący y Suszarnią sklepioną, w Koncu Podworca Stodołkę w swoim pobudowaniu dużo nadruynowaną, w sąsieku iednym parmę ze Słomy zastalismy. Zważaiąc bliskie niebespieczenstwo na przyszłe czasy, y onemu zabiegaiąc na potym, postanawiamy

Primò

Primò. Mur Graniczny od Kamienicy WW. OO. Trynitarzow ma bydz podniesiony sumptem tychże OO. Trynitarzow z proporcyą podkryte Dachy tak Kamienice JchMciow Xięży Trynitarżow, iako y Sławetnych Gorączkow.

Secundò. Kominy wszystkie od Strony Muru Kamienice Konwentu JchMciow Xięży Trynitarzow według abrysu podpisanego iako niebespieczenstwem Ognia grożące przez Sławetnych Gorączkow Małżonkow powinny bydz zniesione.

Tertiò. Komin do Izby dolney, gdzie teraz drzwi znayduią się do wschodu, powinien bydz nowo sumptem Sławetnych Gorączkow wywiedziony z proporcyą nad Dachy Kryte, drzwi daley w scienie pomknięte.

Quartò. Kuchnia według abrysu ma bydz przeniesiona na drugą stronę blisko suszarnie, y w tey Komin ma bydz wywiedziony z proporcyą y bespieczenstwem, okapa zasklepiona sumptem Sławetnych Gorączkow.

Quintò. Gorzalnia w całe ma bydz z mieysca ruszona, y ta powinna bydz przy murże mieyskim na koncu tylnego Gruntu przy samym Kanale mieyskim przestawiona, w czasie Cwierci Roku od dnia dzisieyszego, iednak się Sławetni Gorączkowie sierzyć niemaią z tą Gorzalnią nad Kanał podworcowy, na ktorey przebudowanie ciż Sławetni Gorączkowie Złotych sto od WW. OO. Trynitarzow powezmą.

Sextò. Stodoła in instanti ma bydz zniesiona, y nigdy potym niema bydz w tey Kamienicy stawiana Sławetnych Gorączkow. Septimò. Kryte Dachy tak JchMć Xięża Trynitarże, iako y Sławetni Gorączkowie maią dac y konserwowac znizone między Murami granicznemi.

Octavò. Siana, Słomy pod Dachami niemaią obiedwie Strony na dalszy czas konserwowac w tych Kamienicach.

Nono. Kanał, do ktorego będą scieki z Gorzalni Gorączkowie maią swoim kosztem czyscić.

Decimò. Kominy w tych Kamienicach obudwoch Stron maią bydz wymiatane co dwa mieśiące, signanter u Gorączkow.

Undecimò. Zakładanie przy ciesi pod Gorzalnią przy Murach Mieyskich przy kanale w odległosci ma bydz przy widzu WW. OO. Trynitarzow.

Te kondycye dla ucalenia bespieczenstwa od ognia, iako z Dispozycyi Przeswietney Kommissyi J.K. Mci Skarbowey do wypełnienia przez Strony od Nas wyznaczone postanawiamy, tak aby skutecznie przyszły do swoiey Exekucyi pod karą Tysiąca Grzywien Stronom z okolicznosci Dobr Mieyskich przykazuiemy.

To rosporządzenie w Akta mieyskie Kazmierskie ingrossowac dla pewnosci nakazuiemy, ktore Rękami naszemi podpisuiemy

J.M.J.

piszemy. Dan w Kazimierzu Dnia 13. Marca Roku Tysiącznego Siedmsetnego Szesćdziesiątego Szostego

Jozef Zerowski Dotkow: Woysk Koron: Wielkorządca Krakowski mpp

(L. S.)

Krzysztof Rudnicki Podrządca y Sędzia Wielkorządow Krakowskich uprzywilejowany mpp

Die 17. Maji Anni ejusdem 1766ti, Sabbathô nempe ante Dominicam Pentecostes, juxta dispositionem N. R. P. Rudolphi à S. Joê Nepomucenô Majoris ac Generalis Ministri celebratum est in Conventu Nostro Berestecensi Capitulum Provinciale Praeside N. R. P. Stanislaô à SS. Sacramento, Ex-Ministro Generali, in quo electi sunt Praelati ordine sequentes

In Ministrum Provincialem:
N. P. Augustus à S. Joanne Baptista.

In Definitores Provinciales:
N. P. Hieronymus à S. Francisco.
N. P. Felix à S. Joanne Baptista.
N. P. Matthaeus à Visitatione B. V. M.
N. P. Stanislaus ab Assumptione B. V. M.

In Ministros Domorum:
Coll: Leopol: P. F. Valentinus à S. Hermenegildo.
Coll: Stanislav: P. F. Carolus à S. MARIA.
Conv: Berestec: P. F. Marcianus à S. Rosalia.
Conv: Leopol: P. F. Hieronymus à S. Anna.
Coll: Antecoll: P. F. Mauritius à S. Thoma.
Conv: Trinitop: P. F. Bruno à S. Mathia.
Conv: Orsensis P. F. Gaspar ab Ascensione Dni
Coll: Luceorien: P. F. Alexander à Conceptione B. V. M.
Coll: Thomassov: P. F. Petrus à S. Casimiro.
Conv: Theophilp: P. F. Cajetanus à S. Josepho.
Conv: Crotosinen: P. F. Andreas à Spiritu Sancto.
Conv: Brahilov: P. F. Antonius à SSma Trinitate.

In Socios 1mos ad futurum Capitulum Prvle
P. F. Petrus à S. Casimiro Mnr Collegii Thomassov:
P. F. Cajetanus à S. Josepho Mnr Conv: Theophilpol.

In Socios 2dos
P. F. Benedictus à S. Xtophoro, & P. F. Franciscus à JESU.

In Redemptorem Captivorum
P. F. Ignatius à S. Raphaële.

In Procuratorem Provinciae
P. F. Thaddaeus à S. Josepho.

Mem:

Mense Juniò impetravimus à Sede Apostolica facultatem impertiendi Absolutionem Confratribus septem vicibus in Anno etiam extra proprias Ecclesias, juxta obloquentiam sequentis Decreti

DECRETUM

Ordinis F. F. Discalceatorum SS. Trinitatis Redempt: Captivorum.

Ex Audientia SSmi die 6. Maji 1766.

Cum sicut humillimè exponebatur à F. Michaële à S. Francisco de Paula Procuratore Generali Ordinis SSmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregationis Hispaniæ, Fratres ejusdem Ordinis consuevisse elargiri Absolutionem Generalem jam approbatam ab Apostolica Sede in septem per annum diebus, nimirum in festo SSmæ Trinitatis, in feria quarta Cinerum, in feria quinta in Cœna Domini, in festo S. Catharinæ V. & M. S. Agnetis 2dò, & in diebus festis S. Joannis de Matha, & S. Felicis de Valois, etiam extra Ecclesias Ordinis non solùm infirmis, & monialibus, verùm etiam Imperatori, Regibus, Principibus, & Magnatibus, eisq; inservientibus, adscriptis Confraternitati SSmæ Trinitatis; SSmus Dñus Noster CLEMENS Papa XIII. eamdem consvetudinem approbavit, & concessit eisdem Fratribus facultatem dandi supradictam Absolutionem Generalem, seu Communicationem Indulgentiarum, aliorumq; Bonorum spiritualium Ordinis prædicti, dummodò tamen quò ad moniales adscriptas illam dent de licentia Ordinariorum. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscunq; Præsente in perpetuum valituro. Voluitq; SANCTITAS Sua hanc gratiam suffragari absq; ulla Brevis expeditione. Datt Romæ ex Secretaria Sacræ Congregationis Indulgentiarum Die & Anno præfatæ Audientiæ

(L. S.)

N. Cardinalis Antonellus Præfectus.
S. Borgia S. Congr: Indulgentiarum Secretarius.

ROMÆ MDCCLXVI.
Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

Die 10. Augusti ejusdem 1766ti Anni, postquam sat eleganter per F. Josephum à S. Theresia Laicum depictum esset novum Refectorium, datis jam anticipativè fenestris, & portâ, transtulit se Nostra Sacra Communitas in idem Refectorium, ex veteris verò Refectorii una parte effecta est cella dispensatoria, ex altera autem parte curritorium.

Eôdem Mense innotuit nobis Româ Decretum Beatificationis jam subsecutæ B. Simonis de Roxas, quod est tenoris hujusmodi, de verbo ad verbum fideliter conscriptum, in quo simul continetur licentia persolvendi Officium, Missamq; celebrandi de eodem Beato.

BEA-

I.N.I.

BEATIFICATIO
SERVI DEI
SIMONIS DE ROXAS

Sacerdotis Professi Ordinis Fratrum SS. TRINITATIS Redemptionis Captivorum.

CLEMENS PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Admonet nos Claviger Regni Cælestis Apostolorum Princeps Petrus, tamquàm Advenas, & peregrinos conversari in hoc sæculo, abstinentes à carnalibus desideriis, quæ militant adversùs animam, ut jam non desideriis hominum, sed voluntati DEI, quod reliquum est temporis, in carne vivamus. Considerandum igitur, & assiduè cogitandum, non habere hic nos manentem civitatem, sed futuram inquirere; corporis quidem pondere gravatos in terris detineri, sed conversationem nostram in cælis esse. Illuc cogitationes, ac curas omnes conversas, atq; intentas esse oportet, & peregrè constitutos properandum in Patriam regredi. Nam memores jam in sacro Baptismi lavacro Satanæ, & mundo, ejusq; pompis, atq; operibus renunciasse, debemus diabolica omnia vitare contagia, sancta, recta, ac divina sequi; mundana omnia veluti aliena respuere, superna solùm desiderare, temporalia despicere, æterna quærere; terrena fastidire, cælestia amare. Apostolicis præceptis instructus, & cælestibus disciplinis eruditus id totum, donec in mortali corpore moratus est, divinâ opitulante gratiâ, Servus DEI SIMON de ROXAS eximiè in se completum, ac perfectum ostendit. Etenim pueritiâ, & adolescentiâ piè, ac innocenter exactâ, quò longiùs se à mundanis rebus abduceret, ingressus est Ordinem Fratrum SSmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Calceatorum nuncupatorum, & in eo votis castitatis, paupertatis, & obedientiæ solemniter emissis, renuncians ex animo, ac valedicens concupiscentiæ carnis, concupiscentiæ oculorum, & superbiæ vitæ, se, seq; omnia immortali DEO dedicavit. Atq; ita ab omni eo, quod in mundo est, liber, & solutus, quod ore promiserat, opere adimplens, arduum Christianæ perfectionis iter generosus athleta arripuit. Divinò autem auxiliò roboratus, & patrocinio Beatæ Mariæ semper Virginis, erga quam intimâ animi devotione, & humili ferebatur affectu, suffultus, quotidie de virtute in virtutem proficiens, & præcipuè in humilitatis studio, in paupertatis amore, misericordiâ in miseros, cha-

ritate

1. Pet: c.2. v.11. | Ib: c.4. v.2. | Heb: c.13. v.14. | Philipp: c.3. v.20. | 1. Joan: 2. 16.

ritate erga DEUM, fide, spe, aliisq; virtutibus, mirum in modum adeo progressus est, ut non solum inter suos, sed etiam apud omnes Hispaniæ populos sanctitatis famâ latè claresceret. Hâc autem motus cl: mem: Philippus III. Hispaniarum Rex Catholicus eum in Regiam Aulam accivit, ut in periculoso tot populorum regimine, & orationibus apud DEUM, consiliis, & monitis inter homines adjuvaret, quò in difficili regnandi munere, veluti in lubrico, & fallaci itinere rectum vitæ suæ cursum ad Dominum tutò dirigere posset. Itaq; Vir Dei in regali Aula positus, tamquàm lucerna super candelabrum jacentibus in tenebris sæculi lumen attulit, & ambulantibus in via salutis exemplô suô præluxit. Nam inter aulicas delicias, regiosq; splendores, SERVI DEI SIMONIS, qui jam animô exiverat ad JESUM extra castra hujus sæculi, improperium ejus, nempe Crucem Domini portans, humanis, ac terrenis rebus posthabitis, penitusq; abjectis, una cogitatio, & una cura fuit gloriam Dei, & salutem animarum procurandi. Quare, ut aliorum animis divinæ Majestatis timorem, ac reverentiam ingereret, & ab amore terrenarum rerum abstractos ad dilectionem Dei, quantum in se erat, adduceret, nihil fuit laboris, diligentiæ, industriæ, ac sollicitudinis, sicut insignia ipsius facta testantur, quod strenuus, ac fortis contra diabolicos impetus, & fallaces mundi, & carnis illecebras non impenderit. Ut autem tot excellentium virtutum SERVI DEI exempla, quæ in diebus peregrinationis suæ viventes eâ ætate homines adeo juverunt, posteris quoq; prodesse possint, Nos, qui supernâ dignatione universo Dominico gregi, licèt merito, & viribus impares, præpositi sumus, Apostolicæ servitutis Nostræ partes esse ducimus, tanti Viri honorem, atq; venerationem ad Omnipotentis Dei gloriam, & Ecclesiæ suæ decus, ac spiritualem Fidelium ædificationem, quantum Nobis ex alto conceditur, promovere. Cum itaq; maturè, diligenterq; discussis, atq; perpensis per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum processibus ritè, ac rectè confectis super vita, sanctitate, & virtutibus heroicis, quibus idem SERVUS DEI SIMON multipliciter claruisse, nec non miraculis, quæ ad ejus intercessionem, & ad manifestandam hominibus illius sanctitatem à Deo patrata fuisse asserebantur, eadem Congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam Consultorum suffragiis, unô spiritu, unâq; voce censuerit posse, quandocumq; Nobis videretur, prædictum SERVUM DEI BEATUM declarari, cum consuetis gratiis, & indultis. Hinc est, quod Nos piis, atq; enixis charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, tum etiam charissimæ in Christo filiæ Nostræ Elisabethæ earumdem Hispaniarum Reginæ Catholicæ Viduæ ejus Genitricis, & charissimi pariter in Christo filii Nostri Ferdinandi utriusq; Siciliæ Regis, & Reginæ Elisabethæ respectivè filii, & nepotis, nec non universorum Venerabilium Fratrum Archiepiscoporum,

rum, & Episcoporum Ecclesiarum Regnorum Hispaniæ, ac totius insuper præfati Ordinis Fratrum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis paternâ benignitate annuentes, de memoratorum Cardinalium consilio pariter, & assensu auctoritate Apostolicâ tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ut idem DEI SERVUS SIMON DE ROXAS in posterum BEATI nomine nuncupetur, ejusque corpus, & reliquiæ venerationi Fidelium (non tamen in processionibus circumferendæ) exponantur. Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornentur, ac de eo recitetur Officium, & Missa celebretur de Confessore non Pontifice singulis annis juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani die 28. Septembris, cùm dies 29. ejusdem mensis, quâ ipse SERVUS DEI spiritum Creatori reddidit, festô S. Michaëlis Archangeli impedita reperiatur. Porro recitationem Officii, & Missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus in locis dumtaxat infrascriptis, videlicet in Urbe Vallisoletana, ubi SERVUS DEI natus est, & in Oppido Matritensi Civitate nuncupat., ubi Venerabile ejus Corpus requiescit, & in utraque Diœcesi Vallisoletana, & Toletana ab omnibus utriusque sexûs Christi fidelibus tam Secularibus, quàm Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur; ac in toto Ordine præfato SSmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum tam Fratrum Calceatorum, quam Excalceatorum nuncupat.; & quantum ad Missas attinet, etiam à Sacerdotibus ad Ecclesias ejusdem Ordinis confluentibus. Præterea primô dumtaxat annô à datis hisce literis, & quô ad Indias, à die, quô eædem literæ illuc pervenerint, inchoando, in Ecclesiis Locorum, ac Civitatum, & Diœcesium, & Ordinis prædictorum respectivè Solemnia Beatificationis ejusdem SERVI DEI cum Officio, & Missa sub ritu duplici majori die ab Ordinariis respectivè constitutâ, & intra sex menses promulgandâ, postquàm tamen in Basilica Principis Apostolorum de Urbe celebrata fuerint eadem Solemnia: pro qua re diem XIX. currentis Mensis Maji assignamus, pariter celebrandi facimus potestatem. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac decretis de non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu Secretarii ✠ prædictæ Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillô Præfecti ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique tam in judicio, quàm extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 13. Maji MDCCLXVI. Pontificatûs Nostri Annô Octavô.

N. Card: Antonellus.

ROMÆ MDCCLXVI.
Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

Die

Die 23. Octobris ejusdem 1766ti Anni translati e-rant omnes libri Bibliotheca cum suis Armariis in novam Bi-bliothecam, è veteri autem Bibliotheca effectum est curritorium, prout etiam è veteri Sacristia; cujus supellectilia, armaria, & peristromata translata erant ad novam Sacristiam à tergo Ma-joris Altaris extructam, elegantergꝫ per F. Josephum à S. Te-resia Laicum depictam, datis anticipativè tam in Bibliothe-ca, quàm in Sacristia novis, fenestris, & januis.

Mense Decembri ad instantiam & preces N. R. P. Stani-slai à SS. Scrmto Ministri Ex-Generalis denuo subseqvebatur Com-missio Thesauri Regalis, intuitu tum lapidea vicini civis Go-rzczka (unde elapsô annô incendium erat exortum.) tum al-terius Okónscii, habentis utpote popinam à fronte Ecclesia No-stra erectam, in qva ad seram noctem, freqventer autem per no-ctes integras Musica cum strepitu & clamoribus audiebatur non sine distractione Religiosorum Nostrorum. Copia petitionis, si-mulqꝫ responsio ad eandem sonant tenore seqventi:

o Spaleniu Kościoła

Copia

Nayiasnieyszy Krolu,

Coram officio Consulari Casimiriens. ad Cracoviam Actisq ipsius præsentibus Comparentes personaliter Religiosæ ac DEO dicatæ Virgines. Ludovica Chwatkowska, et Teressia Rusecka, Ord. Monialium S. Augustini Domus seu Cænobij Deodicatarum Virginum ad Ecclesiam S. Catharinæ hic Casimiriæ sitæ, Priorissa, ac Vicaria, Mente et Corpore sanæ existentes, in Assistentia Admodum Rndi ac Religiosi Thomæ Wojcikiewicz Ordinis Eremitarum ejusdem S. Augustini Conventus ad Ecclesiam S. Catharinæ hic Casimiriæ siti Prioris, Forum et jurisdictionem præsentem, quo ad eidem hunc Actum approbando, a suo autem quovis proprio et Competenti recedendo sponte, palam, libere et expresse recognoverunt, clarisq Verbis publice prolatis fassæ sunt. Quia Ipsæ Fundum seu Hortum Korbaszowskie dictum hic Casimiriæ in Platea Rosarum, iter rudera Lapidea eiusdem Korbaszowskie ab una, et Aream seu Fundum Gloszowskie parte ab altera situm, per se recognoscentes, Coramq Conventum, a Generosa Catharina

Anno.

1740. Ao.
22 Maij

de Ręgłowie, Gnosi olim Andreae Irlant, secundi Matrimonij Consorte Vidua relicta, juxta acta officii praesentis Sabbatho post festa solemnia Nativitatis Dni Nri Jesu Xti proximo die 29. decembris Ao Dni 1636. Jure donationis acquisitum, et per se hactenus pacifice possessum, jam ex nunc et de facto vero, mero, puro, justo, perpetuo, haereditario, et irrevocabilis Venditionis titulo Religioso Gregorio a S. Joanne Baptista Ordinis SSmae Trinitatis de Redemptione Captivorum Conventus Casimiriensis Praesidenti, totiusque Ejusdem Conventus Casimiriensis ac Succedaneis, pro Summa flor. trecentorum currentis in Regno Monetae, Vendiderunt, prout tenore praesentium Vendunt, cum omni Ejusdem juris et Horti Dominio, proprietate, propinquitate haereditate, usufructu et possessione sta late, longe et circumferentialiter, prout se idem Hortus ab Antiquo in Suis Metis et Finibus Limitibus extendit, et prout Eundem Suprascriptae recognoscentes, Earum Antecessores tenebant, habebant, et possidebant, tenere, habere, et possidere debebant. Nihil Sibi recognoscentibus Succedaneisque Suis, amplius juris ad eundem Fundum Seu Hortum Korbaszewskie dictum, relinquendo, sed id totum in Emptorem Suum, Conventumque Ipsius transfundendo, et incorporando, ad habendum, tenendum utendum fruendum, possidendum, dandum, donandum, cedendum abscedendum, et in quosvis bene placitos Usus Suos Convertendum, Recognoscentes Sibi pro Eodem Fundo, Seu Horto Korbaszewskie dicto praesentibus Vendito realem et Sufficientem, ab Eodem Emptore, Illiusque Conventu praestitam esse Satisfactionem, de qua reali et Sufficienti Sibi praestita Satisfactione Eundem Emptorem, totumque illius Conventum ac Succedaneos, perpetuo quietarunt, quietantque praesentibus. Pro Omnimoda Evictione Casu impetitionis Juridicae respectu dicti Fundi, Seu Horti ad praesens Venditi, undevis Exorienda ad primam Sui requisitionem Juridicam proprijs Sumptibus in quovis officio, et Judicio Regni, praestanda Recognoscentes, Sese Cavent et obligant, praesenti Recognitione ad hoc Mediante. Alias in forma Venditionis de Satisfactione quietationis, pro Evictione Cautionis, plenissima et perfectissima. Ludovica Chwalibozanka Mater. Teresa Puszecka Vikaria. Fr. Thomas Wojciechowicz, Augustinianus, Conventus Stae Catharinae Prior Assistens. Fr. Fulgentius Rzeszewski, Confessarius Monialium mpp.

Quietatio Praetorij Casimirien. a pretensionibus in futurum

Et in Continenti Religiosus Gregorius a Sto Joanne Baptista Ordinis SSmae Trinitatis de Redemptione Captivorum Conventus Casimiriensis Praesidens, Vigore Concessionis, per Spectabilem Magistratum Casimiriensem Sibi Juris ad Suprascriptum Fundum Seu Hortum Korbaszowskie dictum, in rem onerum Regalium et Civilium ex dicto Fundo, Seu Horto Civitati in futurum Exsolvendorum, ad Sequestrum Officij praesentis reponit fl. 100. dico Centum, Polonicales, de quibus repositis quietatus est. Bartholomeus Kazanowski Proconsul Casimiriensis. Thomas Dunics Consul Casimiriensis. Jakub Chodani Wójt Kazimirski.

Vigore Venditionis per Religiosas, ac DEO dicatas Virgines Ludovicam Chwalibozanka Ord: Monialium S. Augustini Domus, seu Coenobij Dedicatorum Virginum ad Ecclesiam S. Catharinae hic Casimiriae Sitae Matrem et Priorissam, atque Teresiam Puszecka Vicariam, in Personam infrascripti instantis Coram officio praesenti, die hodierna Recognita, ad instantiam vero Religiosi Gregorij a Sto Joanne Baptista Ord: SSmae Trinitatis de Redemptione Captivorum Conventus Casimir. Praesidentis, Sui, totiusque Conventus nomine agentis, Spectabiles Bartholomeus Kazanowski Proconsul, Thomas Dunics Consul, Jacobus Chodani Advocatus, Casimirienses, in Fundum Seu Hortum Korbaszowskie dictum, hic Casimiriae, in Platea Rosarum inter Rudera Lapidea itidem Korbaszowskie ab Una, et Aream Seu Fundum [illegible] parte ab altera Situm descendentes, in Eundem Fundum Seu Hortum Suprascriptum, Religiosum instantem, Illiusque Conventum per omnes res inviolabili Juris Gradu, nemine impugnante et Contradicente intromiserunt, quod Tamatis Simoni [illegible] Janitori, et Joanni [illegible] Civibus [illegible] denuntiarunt in praesentia providorum Joannis [illegible] et Andreae [illegible] famulorum Praetorianorum.

Ex Prothocollo Actorum officij Consularis Civitatis Casimiriae ad Cracoviam Extradi[...]

Summa fl. 476. Ao 1740.

2do. Immediate annexum Fundum Suprascripto, cum Domo lignea Veteri et desolata et Pomario, antiquitus Głogowskie, expost Gniatkowskie dictum fl. 476, Oneratam quidem Summa Originali fl. 50 pro Censu Annuo Summæ dictæ proportionatê pendendo ad Archiconfraternitatem, Amorum quinq Vulnerum Xti Domini, hic Casimiriæ in Ecclesia Smi Corporis Xti fundatam, brevi temporis intervallo per Nostrum Conventum exsolvenda in Emendationem fiendi, ab Omnibus Oneribus in futurum. Attamen Ad idem fundum finxerunt pretensionem pro Summa Originali fl. Centum Admodum Rndi PP. Seu potius Communitas Rndorum Mansionariorum Seu Psalteristarum Cathedralium Arcis Cracoviensis. Sed quoniam nullum Ius ad illud presentarunt, nec hucusq presentant, seu verius inscriptionem obligatoriam pro tali Summa, ideo nulla intervenit difficultas, nec obligatio talis injuste pretensionis, sive indebita vere.

Summa fl. 293. Eodem Ao.

3tio Immediate adherentem Sortem Medij Fundi cum Puteo, et Pomario etiam antiquitus dictum Konieczkowiczowskie, ad præsens vero Honoratorum Joannis et Annæ Wyszkowiczów, Civium Casimiriensium Possessorum actualium, in assistentia Filij et Filiarum Eorundem et jure naturali futurorum Successorum, pro Summa ducentorum Nonaginta trium fl. et assium 10, cum Omnibus physicis et realibus expensis. Inscriptiones hic non pono propter prolixitatem, nam Extractus authentici reperiuntur in Nro Archivio, et in Prothocollo Pretorij Casimiriensis facile in Casu necessitatis invenientur. Ima quidem sub Actu Sabbathi pridie festi SSmæ Trinitatis quod fuit dieo 11. Juny, Intromissio vero sub actu feriæ 3tiæ post festum SSmæ Trinitatis q. 14 Eiusdem Ao 1740, 2da autem feriæ 2dæ ante festum S. Andreæ Apostoli q. 27 9bris cum Intromissione sub Actu Sabbatho post idem festum 3tia Decembris, Eodem quo supra Anno. Quietationem vero pro Casu alicuius impetitionis ex utroq fundo hic appono.

Quietatio ab Omnibus Censibus in futurum

Circa quem actum Intromissionis Suprascriptus Religiosus Gregorius a S. Joanne Baptista Ordinis SSmæ Trinitatis de Redemptione Captivorum Conventus Casimiriensis, Ibidem vigore Concessionis Sibi per Spectabilem Magistratum Casimiriensem Iuris ad Domum Ligneam illiusq Pomarium antiquitus Gniatkowskie dictum, tum Sortem Seu medietatem Horti, Seu Pomarij Konieczkowiczowskie dicti Sibi contiguorum, hic Casimiriæ in Platea Rosarum Sitorum, inidem Onerum Regalium et Civilium ex dictis Domo, seu Pomarijs Civitati in futurum Solvendorum, ad Sequestrum officij presentis reposuit Summam florenorum Trecentorum polonicalium de quibus repositis per Spectabilem Magistratum ut Supra Casimiriensem quietatus est. Bartholomeus Kaczorowski Thomas Duricz Joannes Swander Consules Casimirienses.

Ex Prothocollo actorum Officij Consularis Civitatis Casimiriensis ad Cracoviam Extraditum.

Acquisito Emptione Medio Pomario Seu Horto Konieczkowiczowskie ut Supra Narratum Olim apellato Altera Medietas situs ejusdem agnominis restabat emenda, in possessione Honoratorum Laurentij et Katharinæ Otłowski Conjugum Civium Casimiriensium Laniorum existens, perquam Cœnobio necessaria, utpote fundis persolutis undequaq contigua; At illam emptu acquirere tum propter Controversias Civitatis circa bona immobilia alienanda oriri Solitas, tum propter retractationem Venditionis ipsorummet Possessionariorum, annem effugiebat Artem, Excedebat Conceptum, ferèq erat impossibile.

Summa fl. 360 Concessa Ao 1748

Usq 1752 Annum sub Regimine Religiosissimi ac Reverendi Nostri Patris Stanislai a SSmo Sacramento Commissarij Generalis atq Superioratus Actuali hujus Conventus, ad id Nostris votis Successus arrisit. Concesserat prefatus Laurentius 1748 Anno apud Claustrum Viginti Hungaricales, scilicet florenos 360 Currentis Polonæ Monetæ, Neq ad Spatium usq ad 1752 reddiderat. Altera decursu Anni Specificati 1752 Religiosissimus Reverendusq Nr. Stanislaus ex Chyrographo

Chyrographo dato comperiens debitorem, cum de haud solutis vikenis haetenus Aureis Nummis admonuisset, prolongantem de die in diem Restitutionem ipsorum, putans cito optatum eâ se posse obtineri finem, id est vel debiti Solutionem, vel adjudicationem sitius, ad forum Competens adutavit. Sed res tante molis Laurentio, et Urbis Laurentio inquam, persolvendi 20 Hungaricales egestate presso, [illegible] remissio, non valuit eodem lustro Concludi. Ac primis dictus Nominatus ob dilationem Causae, ad Citationem Literalem per Providum Andream Jankowski Servum Praetorii porrectam, haud stitit sese Judicio; Velut de Inscripta Protocollo Consulari Condemnatione, ex hoc extradicta liquet.

Actum in Praetorio Casimiriensi ad Cracoviam Sabbatho post Festum Nativitatis B. M. V. Die undecima Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Primo.

Famati Laurentius Ostowski Civis Casimiriensis Lanio, et Catharina Conjuges Ex Citatione Literali per Providum Andream Jankowski Officii Praesentis famulum ut retulit ipsismet Citatis ad Manus tradita Contumaces Admodum Reverendo ac Religioso Stanislao à SSmo Sacramento Ordinis SSmae Trinitatis de Redemptione Captivorum Conventus Casimiriensis Praesidenti suo totiusque Conventus Nomine agenti Actori, idque ratione Summae Aureorum Viginti Hungaricalium apud Actorem totumque Conventum mutuatorum per Citatos in Ardua Necessitate ad Obligationem Manualem, cum damnis Litisque expensis Solutionis.

Quibus reclamatis, et non Comparentibus contumacia peremptoria est annotata.

Secundario Vero quamvis comparere non distulisset Officio Consulari, quamvis 360 florenos debere se Caroblo fassus fuisset, quamvis eosdem a per se ad pauperiem redactum persolvi nequire enarrasset palam, rogasset proinde Magistratum, se Bona sua Immobilia aut Conventui pro Summa Utsieckorum Aureorum Nummorum concessa, aut Civitati si ipsa Viginti Hungaricales Claustro restituere velit, cedere haud constituat, Nihilominus forum Praetoriale Suspensione decisionis facta de reddendis Viginti Hungaricalibus Caroblo tum offerenda illi Medietate loci Vigore praetensorum, taxationem Solum extantium in solo aedificiorum per Magistros Sancxit Lignarios.

Actum in Praetorio Casimiriensi ad Cracoviam Feria 2da ante Festum Exaltationis S. Crucis proxima, Die decima tertia Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Primo.

In termino hodierno post annotatam Super infrascriptis Citatis foritatis Contumaciam, Legitime ad praesens incidente, Admodum Reverendus ac Religiosus Stanislaus à SSmo Sacramento Ordinis SSmae Trinitatis de Redemptione Captivorum Conventus Casimiriensis Praesidens, Sua totiusque Conventus Nomine Agens Actor proponit in et contra Famatos Laurentium Ostowski Lanium Civem Casimiriensem, et Catharinam Conjuges citatos idque ex prima.

In Oppositum Ex Citatis nempe Maritus Comparens personaliter per detentionem intulit: Iz dług o ktorego Zapłacenie per Admodum Reverendum ac Religiosum Actorem, totumque Conventum, convenit, przyznaie bydź winny, tylko go obegestatem swam Zapłacie nie ma sposobu, ale Bona Sua Immobilia albo Konwentowi, albo Miastu, ieżeli zatawa Summe, Admodum Reverendo ac Religioso Actori totique ejus Conventui za niego Zapłaci, offert, petendo Suspensu decreti.

Officium praesens Consulare Casimiriense Suspensa tantisper Causa per Admodum Reverendum ac Religiosum Actorem totumque Conventum, mota, respectu Solutionis debiti Aureorum Viginti Hungaricalium

Processus Iuridicus de eadem Summa A. 1751mo

Suspensio Decreti Consularis in Causa ejusdem Summae

Cingalu

ricalium Citatis, et per Unum Citator. Nempe Maritum agniti; decisione, teneri partem Citatam taxam Bonor. Immobilium Stanti Cum per Seniores Lignifabros expediendam, tum ad fundum in quo eadem Domuncula ad presens comperitur cum alys Edificys. Jus Servions & Concurrentiam alior. ad Bona Citator. Creditorum in quindena producere decrevit; quibus premissis authentice productis finalis decisionis terminum peremptorium conservavit Decreti vi Vigore.

Admodum R^dus ac Religiosus Actor, super interponenda ad quem de Jure Appellatione deliberavit.

Ex Protocollo Actorum Officij Consularis Civitatis Casimiriæ ad Craviam extraditum.

Admiratus est, cum Religiosissimo atq. Reverendo N. P. Stanislao à S^mo Sacramento Magnificus Dnus Michaël Wierunski Causarum Magdeburgensium Procurator Noster Plenipotentiarius Stalem Sanctionem iniquam; Quare Intentam à Nostro Reverendo Patre in altius Judicium Magnæ Procurationis Arcis Cracoviensis Appellationem, Nomine Guldem totiusq. Conventus movit, et prosecutus.

Appellaõ ad Judicium Magnæ Procurationis in ratione Suspensæ decisionis

Actum in Pretorio Cracoviensi Feria Sexta post Festum S. Matthæi Apostoli et Evangelistæ proxima, Die Vigesima quarta Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Primo.

Ad Officium et Acta Presentia Consularia Cracoviensia veniens personaliter Nobilis Michaël Wierunski Causar. Magdeburgensium Procurator, Nomine Conventus Sanctissimæ Trinitatis Ordinis, de Redempt. Captivor. Casimiriæ Ad Agens, inherendo Legi positivæ de interponendis Appellationibus disponenti per presentem Manifestationem interponit appellationem à Decreto Officij Consularis Casimiriensis inter Admodum Reverendum ac Religiosum Stanislaum à S^mo Sacramento Conventus prefati Presidentem, totumq. Conventum, & Famatos Laurentium Otkowski Lanium Civem Casimiriensem, et Catharinam Conjuges ex Controversys prolato, ad Judicia Magnæ Procurationis Arcis Cracoviensis. Declarans se prout Supra Nomine eandem Appellationem prosecuturum, Hac sua Manifestatione ad premissa mediante.

Ex Protocollo Actor. Officij Consularis Cracoviensis extraditt.

Presidebat illo tempere in Arce Officio Perillustris Magnificus ac Generosus Dnus Christophorus Natzer Rudnicki Subdelegatus Juratus Capitanealis Castrensis, Viceprocurator Magnæ Procurationis Arcis Cracoviensis, atq. Judex Privilegiatus. Iste Appellatione ad forum presens agnita legitima Laurentium Catharinamq. Otkowski Voce Ministerialis Regni acclamatos tam per se, tum per Plenipotentem disparentes videns parte ex altera, Neq. juridici aliquid de legalitate Sententiæ Casimiriensis Magistratus adferentes in Contra advertens lucro causæ condemnare permisit. Decretum autem Pretoriale juri æquitatiq. adversum annullans, instantaneam Solutionem 360 florenor. Cœnobio injunxit, demandans decisione propria, Cujus Executionem ad Judicium Urbis Casimiriæ remisit.

Actum in Judicio Magnæ Procurationis Arcis Cracoviensis Feria Tertia ante Festum Sanctæ Hedvigis Viduæ Electæ proxima, Die duodecima Mensis Octobris Anno Domini Millesimo Septingentesimo quinquagesimo primo.

In Causa et actione inter Admodum Reverendum et Religiosum Stanislaum à S^mo Sacramento Ordinis S^mæ Trinitt. de Redemptione Captivor. Conventus Casimiriensis Presidentem Actorem, Suo totiusq. Conventus Nomine agentem ab una, et Famatos Laurentium Otkowski Lanionem Civem Casimiriensem et Catharinam Conjuges Citatos, et Mederaos ratione Summæ Aureorum Vigintii Hungaricalis

garicalium per Citatos in ardua Necessitate ad obligationem manualem apud Actorem totumq Conventum Statuatorum, cum Damnis litisq expensis Solutionis, parte ab altera Citatos, primo in Officio Consulari Casimiriensi instituta. Qua in Causa Officium illud Consulare Casimiriense Suspensa tantisper Causa per Admodum Reverendum et Religiosum Actorem, totumq Conventum, respectu Solutionis debiti Aureorum Viginti Hungaricalium Citatis mota, et per Unum Citatorum semper Creditum agniti, decisione teneri partem Citatam taxam Bonorum Immobilium Stantium per Seniores Lignifabros expediendam, tum ad Fundum in quo eadem Domuncula, cum aliis aedificiis ad praesens comperit, Jus Serviens ob concurrentiam ~~ad Bona cred~~ aliorum ad Bona Citatorum Creditorum in Quindena producere decreverat, Quibus praemissis Authenticie productis Terminum peremptorium finalis decisionis conservaverat, et Super interponenda per Admodum Reverendum ac Religiosum Actorem suo totiusq Conventus de Redemptione Captivorum nomine agentem, ad quem de Jure appellatione deliberaverat. Decreto et Processu causae istius Sub Actu Feria Secunda ante Festum Exaltationis Sae Crucis proxima, Die die decima tertia Mensis 7bris Ao Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Primo fusius praemissa in se enarrante.

In Termino itaq hodierno ex prosecuta appellatione legitime ad praesens incidente, cum Partes et quidem Admodum Reverendus et Religiosus Stanislaus à Ssmo Sacramento Ordinis Ssmae Trinitatis de Redemptione Captivorum Conventus Casimiriensis Residens, suo totiusq Nomine Conventus Actor, agens personaliter cum Nobili Michaele Wierusski Notario Ordinensconsi Compareret. Famati vero Ostrowski Laurentius Lanio Civis Casimirsensis, et Catharina Conjuges Originatea, et Moderni Citati voce Ministerialis Regni acclamati disparerent, et nec per quempiam Competentiam inferrent.

Judicium Magnae Procurationis Arcis Cracoviensis cui pro tunc Generosus Dales Rudnicki Christophorus Subdelegatus Juratus Capitanealis Castrensis Cracoviensis, Vice Procurator, & Judex Magnae Procurationis Arcis Cracoviensis Privilegiatus praesidebat, eo attento: Quoniam Citati tam per se, quam per quempiam Plenipotentem Suum non Comparent, nihilq juridici de Legalitate Sententiae Officii Consularis Casimiriensis inferunt, Idcirco Judicium praesens eosdem Citatos in Lucro Causae Condemnare permittit et in Vim Lucri Sententiam Officii Consularis Casimiriensis Juri et Aequitati Contrariam, retractandam esse Censuit, et retractavit, Solutionemq Summae Aureorum Viginti Hungaricalium, Obligatione manuali Sub data die decima tertia Januarij Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Octavo in Conventu data, Manibus Citatorum Subscripta, ad Solvendum assecuratam, et per Citatos in Officio primae Instantiae recognitam, Actori totiq Conventui Instantaneam decrevit, Itemq expensas Actori refundendas Statuit, ac Partes pro Executione ad idem Officium primae Instantiae Consulare Casimiriense dum Pars partem adcitaverit, remisit, Praesentibusq remittit Decreti sui praesentis Vigore.

Ex Protocollo Actorum Judicii
Magnae Procurationis Arcis
Cracoviensis extractum

L.S.

Decreti adjudicans Solutionem Sum̃ae 360 florenor.

Retractata Sanctione Sua Confusus Magistratus jussa Perill[ustri]s Magnifici Domini Christophori Walecz Rudnicki exequi debuit. Idcirco Consentiam de Cessione Loci Nominati Conventui pro Uscenis laureis Summis tulit, Intromissionemq[ue] ad ipsum (: perceptis ducentis florenis in Vim Onor[um] Regalium Cessurilisum ex Situ Specificato in futurum Solvendorum, de quibus quietavit :) Concessit, ante quam N. P. de aliquibus se assecuravit.
Actum in Praetorio Casimiriensi ad Cracoviam Sabbatho ante Festum Purificationis B. V. M. proximo die Vigesima Nona Januarij A[nn]o Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Secundo.

1

Cessio fundi pro Summa 360 flor[enorum].

Coram Officio Consulari Casimiriensi ad Cracoviam Actisq[ue] ipsis praesentibus comparens personaliter Honesta Catharina olim Famator[um] Alberti Konieczkowicz Pistoris Duumviri Casimiriensis et Catharinae Conjugum Filia, Famati Vero Laurentij Ottkowski Lanionis Civis Casimiriensis Consors, in assistentia ejusdem Mariti sui uti Tutoris Conjugalis super infrascripta recognoscenda Consentientis agens, Sana Mente et Corpore existens, sponte, palam, libere et expresse recognovit praesentibusq[ue] recognoscit. Quia ipsa Sortem, seu Medietatem Horti seu Pomarij Konieczkowiczowskie dicti in se recognoscentem Jure Divino, et Naturali Successionis titulo, post fata Suprascriptorum Parentum aequaliter Osseose exdivisam, ac devolutam, hic in Platea Rosarum Casimiriae inter Hortos utrinq[ue] ex parte infrascripti Emptoris, isti mendam, et liberam, Nemini[que] pro quo Solemniter Cavit obligatam, jam ex nunc et defacto vero, mero, puro, justo, perpetuo, haereditario, et irrevocabili Venditionis titulo, pro Summa trecent[orum] Admodum R[everen]do ac Religioso Stanislao a S[anctissi]mo Sacram[en]to Ordinis Sanctissimae Trinitatis de Redemptione Captivorum, Conventus Casimiriensis Praesidenti, totiq[ue] Ejusdem Conventui pro Summa trecentor[um] Sexaginta florenor[um] Polonicalium Currentis in Regno Monetae vendidit, et tenore praesentium Vendit, cum Omni Ejusdem Juris et Horti Dominio, proprietate, propinquitate, haereditate, usu, fructu, possessione, commodis et emolumentis Universis, ita longe, et late, ac circumferentialiter, prout se eadem Medietas Horti ab antiquo in suis metis et limitibus extendit, et prout tandem Suprascripta recognoscens, et Ejus Antecessores tenebant, habebant et possidebant, tenereq[ue], habere, et possidere debebant. Nihil sibi recognoscenti Successoribusq[ue] suis, ad dictam Medietatem Horti seu Pomarij praesentibus Venditam, amplius Juris, Dominij, Proprietatis, propinquitatis, haereditatis, relinquendo, reservando, aut quovis modo excipiendo, sed id totum, ac Universum Jus suum, in Suprascriptum Emptorem suum ejusq[ue] Conventum transfundendo, transferendo, et incorporando: Ad habendum, tenendum, utendum, fruendum, possidendum, dandum, donandum, vendendum, cedendum, abscedendum, et in quosvis alios Beneplacitos Usus suos Convertendum, Recognoscens claris et expressis Verbis pro Medietate Horti seu Pomarij Konieczkowiczowskie dicti praesentibus Vendita, sibi realem et sufficientem ab eodem emptore illiusq[ue] Conventu praestitam esse Satisfactionem. De qua reali et sufficienti Satisfactione sibi praestita eundem emptorem Ejusq[ue] Conventum, ac Succedaneos perpetuo quietavit, quietatq[ue] praesentibus. Debetq[ue] ac tenetur eadem Recognoscens praefata et cum suis Successoribus, ad quod in et super Bonis suis generaliter omnibus se inscribit et obligat ubicunq[ue] locorum sitis ac habitis et in futurum habendis, Suprascriptum Emptorem, ejusq[ue] Conventum, ac Succedaneos, ab omni et qualibet quarumcunq[ue] personar[um] impetitione, Juridica ratione, cujuscunq[ue] status ac conditionis existentium, et ex parte Ejusdem Medietatis Horti seu Pomarij, quovis modo, et foram Judicio quocunq[ue] et Officio Regni exoriunda, suis proprijs Sumptibus, et impensis toties quoties opus fuerit, tueri, evincere, intercedere, indemnemq[ue] reddere, idq[ue] sub intromissionis Juridicae gradibus tribus simul et semel in bona sui Recognoscentis generaliter Omnia, ubivis locor[um] et sub quovis Jurisdictione consistentia defectu Evictionis praestandae dandis et conferendis. Renuntiando quo ad praesentem Inscriptionem Venditoream Omnibus Beneficijs Juris, dilationibus, exceptionibus, Appellationibus, earumq[ue] prosecutionibus, ac alijs quibusvis

Or

vis juris et facti remedijs ad infringendam et labefactandam p:
sentem Inscriptionem Venditoream humana Industria excogitatis et
excogitandis. Non aliter acsi premissorum Omnium Recognoscens et
Ejus Successores Sacræ Regiæ Majestatis Judiciorum Decreto aut alicu:
jus ultimæ Instantiæ Judicis convicta et adjudicata foret. Et ad re:
signandam prædictam Medietatem Horti seu Pomarij præsentibus Ven:
diti, dicta recognoscens in Suum Verum legitimum Plenipotentem
et indubitatem Suum Honoratum Seniorem Scabinum Casimiri:
ensem in proximo abhinc vel remotiori judicio quovis exposito ban:
nito residentem, seu tum quando Nominatus Emptor et Ejus Conventus
ejusmodi Resignationem habere et obtinere voluerit inscribit Constituit
et Ordinat. Hac Sua Personali Comparitione et resignatione ad præmis:
sa Mediante. Alias in forma Inscriptionis Venditoreæ de Satisfactione
Quietationis, Evictionis, et Resignationis de Jure plenissima et perfectissima.
+++ Signa Honestæ Catharinæ Otlowska Recognoscentis Scribere nescientis
+++ Signa Honesti Laurentij Otlowski Mariti et Tutoris Conjugalis scribe:
re Nescientis.

Quietatio a Civitate Casimiriensi de fundo.

Et in Continenti Admodum Reverendus ac Religiosus Stanislaus à Sanctis:
simo Sacramento Ordinis Sanctissimæ Trinitatis de Redemptione Captivorum Con:
ventus Casimiriensis Residens Vigore Concessionis sibi Juris per Specta:
bilem Magistratum Casimiriensem Casimiriensem ad Supradictam Medietatem
Horti seu Pomarij Niewiadomskowskie dicti a Honesta Catharina Otlowska
acquisitæ, supra desitu loci specificati in Vim Onerum Regalium et Civilium
et dicta Medietate Horti seu Pomarij Civitati in futurum Solvendorum
ad Sequestrum Officij præsentis reposuit florenos ducentos Polonicales de
quibus repositis quietatus est.

Summa 200 fl. in circ. oner. de fundo.

Joannes Strawander Proconsul Casimiriensis.
Barthołomeus Kaczorowski Consul Casimiriensis.
Josephus Duniec Consul Casimiriensis.
Paulus Krzewiński Consul Casimiriensis.

Coram Officio Casimiriensi ad Præsentiam actisq ipsius præsentibus
Comparens personaliter Admodum Reverendus ac Religiosus Stanislaus
a Sanctissimo Sacramento Ordinis Sanctissimæ Trinitatis de Redemptione
Captivorum Conventus Casimiriensis Residens Mente et Corpere Sanus, Fo:
ro et Jurisdictione præsenti quo ad hunc Actum approbato, à suo au:
tem proprio et Competenti facto recessu Nomine Suo, et totius Conventus
dicti, Succedaneorumq Suorum submisit se et Submittit præsentibus. Quia
Ipse, Conventus et Succedanei sui Canalem publicum ad quem Aquæ ductus
ex plateis [illegible] post Muros Civitatis istius decurrunt in Instantiam
in fundo suo à Famata Catharina, Famati Laurentij Otlowski La:
nij Civis Casimiriensis Consorte juxta Acta præsentia die hodierna
jure Emptionis acquisito situm conservabunt, Rivos et Sterquilinium
expurgari facient, Cancellos in Muro extructuro proprio sumptu ad li:
bertatem Aquæ decursum intro dabunt et secundis à Muris Civi:
tatis istius de fundo, si Urgens Necessitas exigent Cedere debebunt
præsenti submissione Manu propria in Actis subscripta, in ea Medi:
ante.

Subsmissio Conventus

Fr Stanislaus à Sanctissimo Sacramento
Superior Conventus Casimiriensis Or:
dinis Disc: Ss Trinitt Redemptt Captt.

Actum Feria Secunda ante Festum Purificatt Beatissimæ MA:
RIÆ Virginis, proxima, die trigesima prima Januarij Anno Do:
mini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Secundo.
Ex instantia Admodum Reverendi ac Religiosi Stanislai a Sanctissimo Sa:
cramento Ordinis Sanctissimæ Trinitt de Redemptt Captivorum Conventus Ca:
simiriensis Residentis Nomine suo et Conventus sui Agentis, Vi:
gore Inscriptionis Venditoreæ per Honestam Catharinam Famati Lau:
rentij

rentij Ostrowski Laxij Civis Casimiriensis Consortem die superna coram Officio praesenti Consulari Casimiriensi recognita, Spectabiles Joannes Szwander Proconsul, Bartholomaeus Kaczorowski, Josephus Duniz, Paulus Krzewinski Consules Casimirienses in Medietatem Horti seu Pomarij Konieczkowiczowskie dicti in platea Rosarii hic Casimiriae inter fundos suprascripti Emptoris Instantis parte ex utraq sitis descendentes, Intromissionem Officiosam per omnes tres insinuat Gradus Juris Eidem Instanti Admodum Reverendo ac Religioso totiq Conventui Nemine impugnante et Contradicente dederunt, quam Famatis Simoni Sudro, et Gaspari Jezierski Civibus Casimiriensibus denuntiarunt in praesentia Providi Martini Borecki Ministerialis Regni Generalis Officij praesentis Famuli.

Intromissio ad fundum

Ex Protocollo Actorum Officij Consularis Casimiriensis ad Cracoviam extraditum.

L.S.

Accepta Intromissione Obligatio Manualis data pro Vicenis Hungaricalibus Claustro a Laurentio, de qua mentio in Decreto Magnae Procurationis Arcis Cracoviensis est eisdem ad Manus reddita.

Neq minori cura, solicitudine, ac diligentia bona Immobilia Conventui adjicere addicereq satagebat A. R. P. Josephus a Ssmo Sacramento Exdiffinitor Familiae Matris Redemptoris Generalis, Reverendi et Religiosissimi N. P. Stanislai a Ssmo Sacramento Praesidentia Successor. Is enim Monasterij istius obtinuit Gubernacula, mox supra emenda Lapidea Ecclesiae Nostrae Contigua antiquitus Zarowska dicta, cum Honorata Magdalena Roznarynowska Vidua, atq Famatis Josepho Szczepankiewicz, Laurentio Judaszewicz ejusdem Relictae generis Nomine liberorum minorennium agentibus, proviso circa id Venerabilis Communitatis consensu, tractatus inchoavit, nec prius destitit quousq hoc intentum suum perduxit ad effectum. Convenit siquidem cum praefata Roznarynowska de vendenda specificata Domo tribus millibus florenis Polonicalibus, quorum unum, pro Lacinis totidem, applicandum foret, duo ad Manus Vendentis tempore Cessionis, seclusis centum florenis Polonicalibus vigore summae Reemptionalis in Lapidea praedicta Manentibus ad Confraternitatem Sti. Vulnerum spectantibus, reponenda ac reddenda essent; et ne conventio ista eventu aliquo irrita fieret, Dictam conventionis effectum illam, datis Viginti Hungaricalibus dictae Magdalenae in Signum Venditionis, ratificavit, atq certam effecit. Velut ex contractu inito liquet, Manu Generosi Vidua ac Generosi subscripto.

Contractus super emenda Lapidea antiquitus Zarowska dicta pro summa 3000 fl. A° 1753.

Między Przewielebnym w Bogu Jozefem od Nayśw. Sakramentu Prezydentem, Zakonnikami z Zacnym Konwentem Przewielebnych w Bogu OO Trynitarzow Bozych od Wykupienia Niewolnikow na Kazimierzu przy Kościele Leżącym, Z iedney, a Sławetnemi Magdaleną niegdy Macieja Roźmarynowskiego Małżonka Sławetney Mieszczanina Kazimierskich Małżonka teraz pozostała Wdową, Jozefem Szczepankiewiczem Mieszczaninem Kazimierskim, nieletnich Jakoba, Jozefa, Macieja, Woyciecha, y Teresy Synow y Corki, z niegdy Sławetna Reginą z Domu Roźmarynowską Małżonka swoią, Wawrzyńcem Judaszewiczem także z Mieszczaninem Kazimierskim, nieletniego Jacka Syna z niegdy Sławetną Agnieszką z Domu Roźmarynowską Małżonka Swoią Spłodzonych, a Wnukow y Wnuczki Sławetney Roźmarynowskiey pozostałey Wdowy, y Sławetnego niegdy Roźmarynowskiego Sukcessorow, Oycami Imieniem Onych Zastępuiącemi f: Z drugiey Strony, niżey wyrażonemi Niniejszym A=

Item pisze się :/ Z drugiey Strony, Stanęła Takowa pewna, y
w niczym nieodmienna umowa, Ku Wieczności trwaiąca Umo-
wa, czyli kontrakt przedaży y kupna wniżey Opisany Sposob.
Iż Sławetna Rozmarynowska pozostała Wdowa Maiąc Kamienicę
z tylnym Ogrodem, z Nieboszczykiem Maciejem Małżonkiem Swo-
im od Swiętey Pamięci JmcPana Ignacego Michałowskiey Filozofiy y
Medycyny Doktora Radzcy Krakowskich y Teresy Małżonki
Jego Dnia 14. Lipca Roku Pańskiego 1728 Prawem Dziedzicznym
przez cessyą przed Aktami Radzieckiemi Kazimierskiemi, Ze-
znaną, nabytą; Widząc się bydź w podeszłych leciech abytym
większa cześć y Chwała Troycy Przenayswiętszey przez Wystawie-
nie Kościoła pomnażała się, ktora Kamienica w sąsiedztwie Ko-
scioła WW OO Tryjnitarzow Zostaie, y sciana tejże Kamieniey
na długości przez połowę Zwspolności do tychże OO Trynitarzow
należy, gdzie dla rozprzestrzenienia Kościoła Nowoeryg[ow]anego po-
towa Kamieniey sciany wyzey wzmienioney odpadaćby powinna,
a tym samym y Kamienica przez reformowanie połowy sciany po-
trzeby szwank musiała, y tak wziąwszy radę od Panow Star-
szych Murarskich wspolność Murow wznaiących, y nato przy-
szłych, przełożywszy także przed siebie dalsze okoliczności y
Zstąd pochodzące szkodę, dobrowolnie, bez żadney przymuszenia
rzeczywiście Kamienicę mianowaną Z ogrodem tylnym przy tey
leżącym Wielebnemu Konwentowi OO Trynitarzow Za złott Polsk
3000 inkluduiąc w nie Summę Wyderkaffową do Bractwa Sta-
cie Kar Męki Pańskiey przy Kościele Bożego Ciała fundowaney
z Rewizyą Zapisaną, Oraz Z Ka-
na wspomnioney Kamieniey, y Kudaszewiczem, Zięciami Sła-
wetnemi Szczepankiewiczem, y Sukcessorami, przeda-
mi Mieszczanami Kazimierskiemi, oraz y Sukcessorami, przeda-
li, dali, darowali, y Nawieczność Prawem Dziedzicznym rezy-
gnowali, nie sobie ani Sukcessorom swoim żadnego Pra-
wa Dziedzictwa, bliskości, do przedaney Kamieniey niereserwowali.
Ta zas Summa 3000 Złott Polsk takowym Sposobem ma bydź
Wypłacona, to iest, po Zeznaney Urzędownie Cessyi Złotych 1900
do Rąk przedaiących lub Sławetney Wdowy oddane bydź powinny
z ktorych przedaiącey Arendy Miasta Kazimierza iesli doszy Ka-
mienicy Za iakie Uspokoić maią; Zas sto Złott Polskich Wyderkaf-
fowe przy Kamienicy Zostać winny będą. Ostatni Tysiąc Zł na obli-
gacyę WW OO Trynitarzom Zostawiaią Obowiązuiące tychże WW OO
Żeby teraz po Zeznaney Cessyi, Mszy Zwo ro-
czne po inszych Konwentach swoich Za Dusze Zmarłych
Antecessorow tey y Nieboszczyka Macieja Rozmarynowskiego, Ka-
dziec innych Krewnych y Sukcessorow Odprawili, Sto Mszy na
Intencyą Sławetney Rozmarynowskiey y przedawcow Tysiących, a
Duszy po smierci Wdowy za Duszę Jey także odprawili. Prze-
szczega sobie niniey tym Kontraktem, Sławetna Rozmarynowska,
Żeby sobie drzwi komorki Drewniane, iedne na dole na ulicę okna
maiące, y Antleszki w Izbie dolney przepierzony, Druga na Przo-
pod strychem wybrała y na swoią potrzebę obrocita, Te zas Izdebki
Drewniane drzwi y Sklepik stąd przechodem na tył ma mieć do

Roku

Roku wolne do Mieszkania bez Zadney Czynszu Stawetna Rozmarynowska, ktory Rok ma się Zaczynać od Zeznania Cessyi, aż do tegoż Samego Dnia y Miesiąca w Cessyi Wyrazonki, na co WW OO Inkwilarze Akceptuią. Dla tym większego bespieczenstwa WW OO Trynitarzow Stawetna Rozmarynowska y Stawetni Szczepankiewicz y Kudaszewicz MM Kazimierscy z Sukcessorami Swemi, ieśliby ia-ka respektem Kamienicy teraz przedaney od kogokolwiek Zachodziła impetycya lub Kłotnia, w każdym Sądzie y Urzędzie koronnym swoim własnym Sumptem od wszelkich Osob iakiegokolwiek Stanu będących bronić y ewinkować obliguią się, y niniejszym Kontraktem na Dobrach swoich ruchomych y nieruchomych, teraz y na potym mianych z Sukcessorami Swemi Zapisuią. Monumenta wszelkie czyli Papiery do Kamienicy tey przedaney regulujące się przedawcy WW OO Trynitarzom przy Zeznaniu Cessyi y Odysłaniu Summy Złotych 1900 Polskich deklaruią oddać. Wyrzekaiąc się wszelkich Obron Prawnych Excepcyi, dilacyi, Appellacyi, Inych Protestacyi o nieważność niniejszego Kontraktu manifestacyi, y innych jakichkolwiek Ludzkim umysłem Maiących być wynalezionych prawnych Wybiegow, tak iakoby od tych wszystkich Dekretem Instancyi Sądowey Ostatniey, Przedawcy z Sukcessorami Swemi Odsądzeni byli. Wszystko y każdą rzecz z Osobna Strony Obydwie Wiarą dobrą y Słowem rzetelnym, sobie Ziścić y dotrzymać deklaruią się. Na czasu Sprzeciwienia się temu Kontraktowi Urząd przyzwoity sub Vadio Similis Summae Zapisuią sobie do Odpowiedzenia, y onemi Aktami Urzędownemi przyzwoitemi wzywać obiecuią. Y na to dla lepszey Wiary Wagi y Waloru tego Kontraktu Ręcoma własnemi Strony obedwie podpisuią się. Działo się w Kazimierzu Dnia 4go Paździerńika R.P. 1775go.

+++ Znaki Stawne Magdaleny Rozmarynowskiey pisać nieumieiącey.

+++ Znaki Stawne Jozefa Szczepankiewicza pisać nieumieiącego.

Wawrzyniec Kudaszewicz mp.

Za Ucin przedaży tey Kamienicy na Zadatek według Kontraktu niniejszego odebraliśmy od WW OO Trynitarzow Kazimierskich Czerwonych Złotych Dwadziescia pro Currenti floren. 360 Polskich. Na co się Ręcoma własnemi podpisuiemy Dnia y Roku iako wyżey.

+++ Znaki Stawne Magdaleny Rozmarynowskiey pisać nieumieiącey.

+++ Znaki Stawne Jozefa Szczepankiewicza pisać nieumieiącego.

Wawrzyniec Kudaszewicz mp.

Roboratus est Contractus hic Varijs Superatis cum Scripto difficultatibus Die 24 Octobris A. Millesimo 700mo 50mo 3to. Ut ex Authentico de Protocollo Consulari Casimiriensi Extradito liquet patet.

Actum [illegible]

Actum in Praetorio Casimiriensi ad Cracoviam Feria quarta post Festum S. Lucae Evangelistae proxima, Die Vigesima quarta Octobris A^o Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo 3tio.

Coram Officio Consulari Casimiriensi ad Cracoviam Actisq ejus praesentibus comparentes personaliter Admodum Reverendus ac Religiosus Josephus a S^mo Sacr^mto Ordinis Sacratissimae Trinitatis de Redemptione Captivorum Conventus ad Ecclesiam hic Casimiriae siti Praesidens, suo, totiusq Conventus nomine, Pars una, et Honesta Magdalena olim Honorati Mathiae Rozmaynowski Scabini Casimiriensis Consors relicta Vidua, in assistentia Honorati Joannis Kudaszewicz Scabini Casimiriensis, uti Tutoris ad hunc Actum assumpti, et Officio se approbati, item Famati Josephus Szczepankiewicz, et Laurentius Kudaszewicz Cives Casimirienses uti olim Honorati Mathiae Rozmaynowski, et Magdalenae superstitis Generi, suo, et Liberorum ex filiabus praefactorum Rozmaynowskich procreatorum Nomine pars altera, sani mente, et corpore, existentes, sponte, palam, libere, ac per expressum recognoverunt, ac recognoscunt praesentibus. Quia ipsi contractum empti et venditi, ex parte Domus partim lapideae partim ligneae antiquitus Taworowskie dictae, hic Casimiriae in platea Vielisiensi inter lapideam Honorati Laurentij Ostrowski Scabini Casimiriensis et Margarithae Coniugum ex una, et Ecclesiam Unius Offeriensis et ... nempe Conventus P.P. Trinitariorum de Redemptione Captivorum parte ex altera, sitae inter se Recognoscentes, sub die 2ma Octobris A^o currenti Millesimo 7mo [sic] Tomo 3tio initum Manibus Utrarumq Partium subscriptum, in Omnibus et singulis articulis, clausulis, et ligamentis roborant, approbant, ac ratificant, Declarantes se eidem Contractui sub vadio in eidem expresso satisfacturos. Renuntiando Omnibus beneficijs Juris, exceptionibus, dilationibus, Appellationibus, earum Prosecutionibus, quibusvis tam Juris, quam facti remedijs, ad infringendam praesentem inscriptionem roboratoriam humana industria excogitatis et excogitandis, non aliter acsi his Omnibus Decreto Sacrae Regiae Majestatis adjudicati forent; Praesenti Inscriptione ad praemissa mediante, Quam Utraeq Partes manibus proprijs Subscripserunt.

Nomine meo et totius Conventus Casimiriensis.

Fr Josephus a Sanctissimo Sacramento Praesidens mp

+++ Signa Honoratae Magdalenae Rozmaynowska Scribere nescientis.

Jan Kudaszewicz jako assystent. mp

+++ Signa Josephi Szczepankiewicz Scribere nescientis

Wawrzyniec Kudaszewicz mp.

L.S.

Ex Protocollo Actorum Officij Consularis Civitatis Casimiriae extradit.

Roboratio Contractus

Cessio autem praefatae Lapideae, Persolutio 2400 fl. Polonicalium Urbi in Vim Oner. Regalium ac Civilium de iisdem receptis à Civitate quietatio, ac demum Intromissio ad eandem domum saxeam obtenta fuere D. 26 8bris Ao Dni 1700mo 20mo Tomo 3tio sicut Authenticum extractum Protocolli Consularis Casimiriensis remonstrat.

Actum in Praetorio ~~in Praetorio~~ Casimiriensi ad Cracoviam Feria Sexta ante Festum Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum proxima Die Vigesima Sexta Octobris Anno Millesimo Septingentesimo quinquagesimo tertio.

Cessio Lapideae Zarowska antiquitus dictae Ac simul de summa persoluta Quietatio.

Coram Officio Consulari Casimiriensi ad Cracoviam Actisque ipsius praesentibus comparentes personaliter Honorata Magdalena olim Honorati Mathiae Rozmarynowski Scabini Casimiriensis consors derelicta Vidua, in Assistentia Honorati Joannis Kudaszewicz Scabini Casimiriensis uti Tutoris ad hunc actum assumpti, et officiose approbati, tum Famati Josephus Szczepankiewicz, et Laurentius Kudaszewicz Cives Casimirienses, suo ac Filiorum Filiarumque Minorennium cum Regina et Agnete de Domo Rozmarynowskie Consortibus procreatorum, supra scriptorum vero Rozmarynowskich conjugum Nepotum ac Neptum Nomine agentes, sani Mente et Corpore existentes, palam, sponte, libere, ac per expressum recognoverunt et quilibet eorum recognovit. Quia ipsi inhaerendo Contractui inter se Recognoscentes & infrascriptos Cessionarios, ratione infranominatorum inito, ac confecto, Actisque praesentibus sub actu Feria 4ta post Festum Sancti Lucae Evangelistae die Vigesima quarta Octobris Ao currenti Millmo Septigentmo Quinquagesimo tertio, roborato, de omni, & integro Jure quod esse sibi Recognoscentibus et quidem Honoratae Rozmarynowska Vigore simultaneae cum ~~infrascripto~~ Marito suprascripto infrascriptae Lapideae acquisitionis, Famatis vero Szczepankiewicz et Kudaszewicz pro Sortibus quisdem, post fata Consortium Filios ac Filias Concernentibus ad Lapideam totam & integram Antiquitus Zarowska dictam, tum fundum eidem annexum hic Casimiriae in Platea Vislicensi, inter Lapideam Honorati Laurentii Okonski Scabini Casimiriensis et Margaritae Conjugum, ex una, et Ecclesiam infrascriptorum Cessionariorum parte ab altera sitam, per olim Honoratos Mathiam Rozmarynowski et Magdalenam Superstitem recognoscentem Conjuges, à Clarissimo et Spectabili olim Ignatio Michałowski Medicinae Doctore Consule Cracoviensi et Theressia Conjugibus, Coram Officio et Actibus praesentibus Feria Secunda post Festum Beatissimae Mariae Visitationis Die quinta Julii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo Octavo Jure Cessionis acquisitam, servit et Competit, Summa principali florenorum Centum Polonicalium cum Censu florenorum septem ab eadem provenienti reemptionaliter inscripto oneratam, de caetero mundam, ac Liberam Nemineque pro quo cavent Solemniter, obligatam, tum de eadem ipsamet Domo Lapidea, ac fundo, supra de situ loci specificatis, jam ex nunc et defacto, vero, mero, puro, justo, perpetuo ac irrevocabili cessionis titulo Admodum Reverendo ac Religioso Josepho à Sanctissimo Sacramento Ordinis Ssmae Trinitatis de Redemptione Captivorum Conventus Casimiriensis Praesidenti, totique ejus Conventui accepta ab ipso Casa Conventu pro praemisso Jure Reali, totali, ac plenaria (de qua eosdem perpetuo quietant) Satisfactione, cesserunt abscesserunt, et condescenderunt, prout praesentibus cedunt, abscedunt, et condescendunt.

Con.

condescendunt. Nihil sibi Recognoscentibus, Successoribusque suis, Jus amplius, Dominij, Proprietatis, Propinquitatis, haereditatis, usus fructus, Possessionis, commodi et emolumenti, ad praefatam Domum lapideam, et fundum praesentibus relinquendo reservando et excipiendo, sed id totum in dictum Cessionarium suum Conventumque Ejus transfundendo transferendo, et incorporando. Ad habendum, tenendum, utendum, fruendum, possidendum, dandum, donandum, vendendum, commutandum, cedendum, et in alios quosvis beneplacitos usus suos, tute et secure, citra cujuspiam contradictionem et praepedimentum convertendum. Ad resignandum autem Ejusmodi Domum lapideam, tum fundum in perpetuam haereditatem suprascripti Cessionarij Ejusque Conventus Honoratum Seniorem Scabinum in proximo vel remotiori Judicio quovis exposito Jure Residentem, seu tum, dum et quando ejusmodi Resignationem suprascriptus Cessionarius Ejusque Conventus expetiverint, habereque voluerint. Fecerunt prosokea ipsum Recognoscentes, ac se modis de jure firmissimis, in et super omnibus bonis suis Mobilibus et Immobilibus ubivis locorum et sub quacunque Jurisdictione consistentibus, habitis et habendis, inscribentes et obligantes, quod eundem Cessionarium suum, Ejusque Conventum ab omni impetitione Juridica, respectu Domus seu lapideae una cum fundo suprascriptorum ad praesens cessorum, undeiis et quomocunque exorienda, ad primam sui Requisitionem Juridicam, coram quovis Judicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit, suis proprijs sumptibus et impensis tuebuntur, eliberabunt et indemnes reddent, eoque defectu praestitae Evictionis sub introcissione in bona sua Immobilia ubivis locorum consistentia Cessionarijs officiose conferenda, Mobilium vero Sequestratione, cum libero Ipsissorum usufructu, ad totalem Evictionem praestandam continuando. Circa Evictionis Inscriptionem praefati Recognoscentes, Abrenuntiarunt Omnibus in Genere et singulis in Specie beneficijs Juris, Exceptionibus, dilationibus appellationibus, et tandem Prosecutionibus, tum alijs Juris et facti Remedijs ad infringendam et labefactandam praesentem Inscriptionem Evictoream humana industria Excogitatis et Excogitandis, Non aliter acsi his omnibus Decreto S.R.M. Nttis adjudicati forent. Praesenti Recognitione ad hoc mediante, alias in forma Cessionis, de Satisfactione Quietationis, pro Evictione Cautionis, et beneficijs Juris abrenuntiationis plenissima et perfectissima.

XXX Signa Honeratae Magdalenae Rozmarynowska Recognoscentis scribere nescientis.

Jan Kudaszewicz iako assystent

XXX Signa Famati Szczepanskiewicz mp Scribere nescientis.

Wawrzyniec Kudaszewicz mmp.

Et in Continenti Admodum Reverendus ac Religiosus Josephus à S[anc]ta Sacra ..., Ordinis S[anctissi]mae Trinitt de Redemptt Captivor Conventus Casimiriensis Praesidens Vigore Concessionis sibi Juris per Spectabilem Magistratum Casimiriensem ad Suprascriptam lapideam, tum fundum eisdem annexum Laorowsko dicta ab Honerata Magdalena Rozmarynowska Vidua, tum Famatis Josepho Szczepankiewicz et Laurentio Kudaszewicz fratribus Casimiriens Nomine Minorennium Liberorum agentibus, suprae desitu loci acquisiti specificata, in vim Oner Regalium et Civitatum ex dicta lapidea et fundo Civitati Solvendorum in festum, ad Sequestrum Officij praesentis reposuit florenos ducentos Polonicales, de quibus Repositis dictis Admodum R[evere]ndus ac Religiosus Praesidens, totusque Ejusque Conventus quietatus est.

Quietatio de 200 fl. Polonical: in Vim Oner solutis.

Joannes Ostwander Proconsul Casimiriens ad Cracoviam

Bartholomeus Raczowski Consul Casimiriensis

Josephus Dunieś Consul Casimiriensis

Paulus Krzewinski Consul Casimiriensis.

Vigore Inscriptionis Cessionariæ per Honoratam Magdalenam olim Honorati Mathiæ Rozmarynowski Scabini Casimiriensis Consortem Viduam, tum Famatos Josephum Szczepankiewicz, et Laurentium Kudaszewicz Cives Casimirienses, suo et minorennium Liberorum ac Regina et Agnete de Domo Rozmarynowskie procreatorum Nomine, in Personam infranominati Instantis totiusque Ejus Conventus coram Officio præsenti die hodierna facta, et recognita, ad Instantiam vero Admodum Reverendi ac Religiosi Josephi à Smo Sacramento Ordinis Smæ Trinitatis de Redemptione Captivorum Conventus Casimiriensis Præsidentis Nomine Ejusdem Conventus Spectabiles Joannes Szwander Proconsul, Bartholomæus Kaczorowski Consul, Josephus Danius Paulus Krzewinski Consules, cum Honoratis Scabinis Casimiriensibus in Domum partim lapideam partim ligneam Zaorszka, tum Fundum eidem annexum, dicta hic Casimiriæ in Platea Vielicensi inter lapideam Honoratorum Laurentij Okonski Scabini Casimiriensis et Margaritæ Conjugum ab una, et Ecclesiam sui Instantis totiusque Conventus parte ab altera sita, Officiose descendentes in eandem Omnesque Ejus attinentias Suprascripto Instanti et ipsius Conventui Introductionem per Omnes tres insimul Juris gradus nemine impugnante et contradicente dederunt. Quam Famatis Felici Latecki et Ignatio Zotnowicz Civibus Casimiriensibus in Præsentia Providi Martini Berecki Ministerialis Regni Generalis denuntiarunt.

Intromissio ad dictam Lapideam.

Ex Protocollo Actorum Consul. Casimiriensis ad Cracoviam extradit.

L.S.

Peractis his feliciter N. P. Josephus à Smo Sacramento ad emundandam Reemptam lapideam Summa Reemptionali florenorum Polonicalium 100 cum onere persolvendi census per septem a cento quotannis, convertit Studium. Sed id sine strepitu Juris animadvertens non posse fieri ad Ostendendum Jus petendi super dicta ædes specificati Census, una Summa præfatam ab ea levandam, Reverendum ac Religiosum Sebastianum Pielatowicz Ordinis Canonicorum Regularium Lateranensis Conventus Smi Corporis Christi Casimiriæ ad Cracoviam Presbyterum Professum, Concionatorem, ac Confraternitatis quinque Vulnerum Christi ad Ecclesiam dicti Conventus fundatæ Promotorem, cum Nobili atque Spectabili Bartholomæo Kaczorowski Consule Casimiriensi Confraternitatis præfatæ Priore, in Officij Consistorialis Generalis Cracoviensis adcitavit Judicium. Stitere sese illi competenti foro, Summæ Nominatæ Provisionisque provenientis ab ipsa Ostendere Chyrographum demum transportationem præfatorum 100 florenorum Polonicalium Currentis monetæ in alia bona munda, salva solutione census annui debiti haud abnuere. Quare sequens ad Instantiam Patris Francisci a Jesu tunc Conventus hujus Casimiriensis Procuratoris emanavit Decretum.

Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Tertio, Die Veneris, Vigesima tertia Novembris.

Coram Perillustri ac Rdissimo Dno Nicolao in Lipe Lipski Canonico, Vicario, et Officiali Generali Cracoviensi, Præposito Kielcensi, comparens personaliter in publica Causarum audientia Reverendus ac Religiosus Franciscus à Jesu Ordinis Smæ Trinitatis de Redemptione Captivorum Conventus Casimiriensis ad Cracoviam Procurator, suo totiusque Conventus Nomine Actor in termino hodierno ex Citatione literali desuper executa proveniente, Summam Capitalem Centum florenorum Polonicalium in Censum annuum Reemptionalem super Domo lapidea antiquitus Zaorszka dicta, Casimiriæ sita, sui Actorum hæreditaria, inscriptam et recognitam, de eadem lapidea Levandi et in alia bona libera transferendi facultatem concedi debita cum Instantia postulavit. In Præsentia Reverendi ac Religiosi Domini Sebastiani Pielatowicz Ordinis Canonicorum Regularium Lateranensis Conventus Smi Corporis Christi Casimiriæ ad Cracoviam Presbyteri Professi, Confraternitatis Quinque Vulnerum Christi in eadem Ecclesia Sanctissimi Corporis Christi fundatæ Promotoris, et Nobilis ac Spectabilis Bartholomæi Kaczorowski Consulis Casimiriensis Ejusdem Confraternitatis Prioris, salvis Citatorum

Decretum Curiale Levationis Summæ 100 fl. Polon.

Creditorum, salvis etc. in Levationem Summæ Salva Solutione Censo
pro Anno uno retenti Consentientium. Perillustris Reverendissi:
mus Officialis Generalis Cracoviensis Supramemoratus vi Re
scriptione Census florenor. Septem pro Summa Capitali florenor 100 Polo:
nicalium, in et super Domo lapidea Zacrowska dicta Casimiriæ in Pla:
tea Vieliciensi, inter Domos lapideas Walcuwitowska et Kleszowiczo:
wska sita, coram Officio et Actis Consularibus Casimiriensibus ad Craco:
viam die Sexta Mensis Octobris Anno Domini Millesimo Sexcentesi:
mo Octuagesimo Octavo recognita, eandem Summam de eadem Domo
Levandi et in alia bona libera, mutua Partium Sollicitudine transfe:
rendi facultatem & Licentiam concessit. Decreti Præsentis Vigore ad Pro:
missa mediante. Præsentibus Illribus, Clarissimis, et Admodum Reverendis
MM. Thoma Muszynski U.J.D., Ecclesiarum Sanctorum OO, et San:
ctæ Annæ Cracoviæ, Sancti Nicolai ad Cracoviam Præposito, Anto:
nio Witkowski Ejusdem Sanctorum Omnium in Modlnica, Clemente Sta:
nislao Kostka Herka U.J. Professoribus, Bobowiens. Custode, et dictæ
Sanctorum Omnium Cracoviæ Collegiatæ Canonicis, in Droginia Parochialium
Curatis, et me Francisco Zigbinski U.J. Doctore Andrcoviensi Præ:
Præposito, Consistorij Generalis Cracoviensis Actuario.
Ex Protocollo Actor. Perillris Reverendissimi Domini Offi:
cialis Generalis Cracoviensis Supramemorati extractum et
Sigillo communitum.

L.S.

Franciscus Zigbinski
U.J.D. Consij Gnalis Cra:
coviens. Actuarius
mmp

Collationavit Valentinus Lexinski
Aplicus Notarius
mpp

Obtento Decreto super Levatione Summæ De Domo Specificata Admodum Rdus
Pr. Josephus à SSmo Sacramento eam in Curia Casimiriensi una cum Cen:
su annuo retento Die decima Sexta Januarij Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Quinquagesimo Quarto reposuit. Sicut ex Quietatione
de actis Consularibus Casimiriæ extracta apparet.
Actum in Prætorio Casimiriensi ad Cracoviam Feria Quarta post Festum
Sancti Pauli Primi Eremitæ proxima Die decima Sexta Januarij Anno
Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo quarto.
Coram Officio Consulari Casimiriensi ad Cracoviam Comparentes persona:
liter Spectabiles Bartholomaeus Kaczorowski Consul uti Confraternitatis Vul:
nerum 5que Christi Domini Casimiriæ fundatæ Senior, et Honoratus Jo:
annes Piotrowski Tribunus plebis Casimiriensis ejusdem Confraternitatis The:
saurarius, mente et Corpore sani existentes, Nomine suo et Confraternita:
tis suæ agentes, Sponte, palam, liberè et expressè recognoverunt, clarisque
Verbis publicè prolatis fassi sunt; Quia sibi Recognoscentibus, seu Vestius
toti Confraternitati suæ præfatæ, Admodum Rdus ac Religiosus Josephus à
SSmo Sacramento Ordinis Sanctissimæ Trinitatis de Redemptione Captivorum Conventus
Casimiriensis Præsidens, totiusque Ejus Conventus, uti Domus lapideæ anti:
quitus Zacrowska dictæ, recenter verò à Honorata Magdalena olim Ho:
norati Mathiæ Rozmarynowski Scabini Casimiriensis Consorte Vidua, tum
et alijs Jure Emptionis, acquisitæ, hic Casimiriæ in Platea Vieliciensi
inter Domum lapideam Honoratorum Laurentij Ostrowski Scabini Casi:
miriensis et Margaritæ Conjugum ab una, et Ecclesiam suprascripti
Conventus parte ab altera, sitæ, Possessores ac hæredes, in Exonerationem
ac exonerationem Ejusdem lapideæ Summam Principalem florenor. centum
Polonicalium per Honestam olim Magdalenam Famati olim Joannis Laur
Muratoris Filiam et Successricem, Famati verò Marcelli Fischer Cerdibana:
rij Civium Casimiriensium Consortem, de manibus Spectabilium Pauli Pie:
trowski, et Joannis Lutecki Consulum Casimiriensium uti Seniorum Supra:
scriptæ

Quietatio de sumã 100 florenor. Polonicalium a Confraternitate 5que Vulnerum Christi.

scripta Confraternitatis, Mediante expresso totius Confraternitatis consensu Levatam et Numeratam, insimul cum censu Reemptionali florenorum Septem Polonicalium annuatim dictæ Confraternitati Solvendo, in et super Sorte Suprascriptæ Lapideæ juxta inscriptionem coram Officio et Actis præsentibus Consularibus Casimiriensibus Feria quarta Feria quarta post Festum Sancti Francisci Confessoris Die Sexta Octobris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Octavo recognitam, inscriptam, et assecuratam, in prompta, parata et Numerata pecunia, realiter reposuerunt, et ad manus Recognoscentium Suas Numeraverunt. Deque quidem Summa Capitali florenorum 100 Polonicalium, sic reposita, Numerata, et ad manus Recognoscentium suas Locata, Levata, tum de Censibus Reemptionalibus ad diem usque hodiernam ab eadem Summa Capitali Provenientibus, iidem Suprascripti Recognoscentes nomine quo Supra prænominatum Admodum Reverendum ac Religiosum Josephum à Ssmo Sacramento Ordinis Sanctissimæ Trinitatis de Redemptione Captivorum Conventus Casimiriensis Præsidentem, totumque Ejus Conventum, tum quosvis Lapideæ dictæ Possessores perpetuo et in ævum quietarunt, et præsentibus quietant, Sortem ejusdem Lapideæ cum ejus attinentiis ab hoc Onere Summæ Capitalis et Censuum ab ea provenientium reemptionalium emendant, eliberant, et exonerant, Inscriptionem obligatoriam Supra de actu allegatam, in Omnibus ejus punctis, Clausulis, Articulis, et conditionibus cassant, annihilant et mortificant, sibique et Succedaneis suis, totique Confraternitati Suæ, perpetuum in his imponunt Silentium, præsenti Recognitione ad hoc Mediante Actao in forma Quietationis de Summa Capitali et Censibus Reemptionalibus plenissima ac perfectissima.

(L.S.)

Bartholomeus Macborodzki Prior
Jan Rudzotski Podskarbi. Stacie
Jan P. Jezusowych
Sq Vetner mp
mp

Anno Domini 1767mo Mense Septembri finitum est prædium de novo erectum in horto vicino Conventui, de lignis totum, in fundamento murato, pro Comodo tam Conventus, quam familiæ domesticæ, quod inquam Prædium una cum horto obductum est sepimento in fundamento pariter murato, iter columnas muratas tecto cooperto in cujus erectione expensi sunt flt. 5264 asp. 1

Caput 6tum

De Censibus in favorem huius Conventus

§ 1mus.

Census Ill.mi Bidzinski

Habet iste Noster Conventus Casimiriensis ad Cracoviam Censum perpetuum mille florenorum quolibet Anno pro Missis celebrandis pro Animabus Militum Polonorum, qui in bello contra Othomanicos mortui sunt ex Suma centum millium florenorum inscripta, et in Comitijs Generalibus a Republica suscepta, et approbata, Supra Bona Janus Łowice dicta cum attinentijs in Palatinatu Sandomiriensi, terra vero Wislicensis ex qua summa pendi debent in Anno Septem millia florenorum, ex quibus sex Millia converti debent pro Redemptione Captivorum, et reliqui Mille pro Missis ut Supra. Hæc Fundatio, et Inscriptio facta est ab Ill.mo Dnô Stephano Bidzinski Palatino Sandomiriensi, in Castro Chenicinensi Anno 1698.

§ 2dus.

Census M. Dnæ Ruseckæ.

M. Dna Theresa Ruseika dedit Nostro Conventui duo millia florenorum pro perpetua Memoria ut folio 240, num.o 4 dictum est. Conventus vero Noster dedit hæc duo millia Mell. Dominis Georgio, et Petro Twardzanscis, fratribus Germanis supra Bona ipsorum Hæreditaria Rastawice dicta, ex quibus debent solvere singulis Annis huic Conventui per septem a Centum, nimirum Centum, et quadraginta fl., ut constat ex Scriptione ipsorum facta in Castro Cracoviensi feria 2a ante festum SS. Viti, et Modesti Martyrum proxima Anno 1695. et ex manuali charta ab ipsismet subscripta tertia Martij 1701. quæ Chartæ servantur in Archivo huius Conventus.

Hæc summa est Levata et Locata e apud M.G. Zebin[?]sti Castellanidam Woynicense super Bona Korzenica in Palatinatu Cracoviensi, terræ Prosroviensi Hæreditaria. p. 6 β a Centum. Anó 1783 in Iunio. NB

§ 3tius

Census Ill.mi Horyzinski

Illustrissimus Dnus Franciscus Horyzinski Castellanus Bracławiensis pro memoria perpetua Unius Missæ in septimana dedit Ill. Dno Joanni Dąmski Castellano Konariensi summam Mille florenorum ut ex illis solveret huic Nostro Conventui singulis Annis septuaginta florenos; ad quod præfatus Ill. D. Dąmski obligavit Bona sua Dalowice dicta in Palatinatu Cracoviensi districtus Prosoviensis, ut constat ex ipsius rei cognitione facta in Castro Cracoviensi feria 2a in Vigilia Festi S. Joannis Baptistæ Anno 1698.

Hæc sumā modo manet apud M. J. Tęgoborski Judicem Castrensem Oświęcimensem. super Bonis Dalowice

§ 4tus

Census Rndissimi Przerzemski.

Die 21 Octobris Anni 1701. dedit huic Nostro Conventui Reverendissimo Joanni Vladislao Przerzemski Summam duorum Millium florenorum ad Censum cum obligatione solvendi ex dicta Summa Singulis Annis centum per septem a centum, Nimirum Centum et quadraginta flr ut constat ex charta servata in Nostro Archivo, quam praefatus Reverendissimus Przerzemski dedit dictis die, et Anno, et roborata in Castro Cracoviensi feria 6a post festum S Lucae Evangelistae Anno eodem 1701.

Praeterea praedictus Rndissimus Przerzemski Summam quingentorum florenorum debebat famato Joanni Pisnicki Civi Cracoviensi, qui legavit hanc Summam huic Nro Conventui pro Memoria perpetua duodecim Missarum in Anno quolibet, quam Summam cum dictus Reverendissimus Przerzemski stante eius Vita non solveret, Mgci Fratres eius germani fecerunt Obligationem solvendi ut constat ex charta in Archivo servata ab ipsis data die 14 Februarij 1705.

Postea cum ob temporum revolutiones, et varias calamitates hoc fere per decem Annos ita mansisset sine solutione nec Census praedicti Mgci Fratres Przerzemscij Anno 1714 inter se litigarunt, et in decreto injunctum ut Mgcus Dnus Stephanus Przerzemski Castellanus Sieradiensis Gnaviensis solveret hoc debitum simul cum primo duorum millium. Iste autem Mgcus Dnus dum esset Cracoviae in Maio 1715 dedit a retro chartae Numero V dictae obligationem solvendi haec duo debita, et interim Censum ab illis solvere se obligavit ex Bonis suis Dobrowski dictis, cum primum debitum habeat obligata Bona Hniej? Nuncupata in Palatinatu Cracoviensi districtus Lelowiensis.

Post haec supradictus Mag. Dnus Castellanus summam duorum Millium quingentorum florenorum iam dictam Consentiente Conventu tradidit Mag.co Dno J. Wodzicki Sub dapifero Varsaviensi cui ipsi Dnus dedit chartam obligatoriam huic Conventui

+

Solvendi provisionem a Centum Septem, duabus Vatis prima pro festo Pentecostes secunda pro festo S. Martini. et eandem Cartam roboravit ipsemet in Castro die
anni Domini 1719. Carta hoc manet in Archivo. Mag. autem Castellanus eadem die fuit a nobis in Castro quietatus

Haec Summa Transportata est Super Bonis Illmi Castellani Conarensis ut et aliae inferius videre est in Archivio Inscriptiones factas Juridice

§ 5tus

Census M. D[omi]n[a]e Iasinska

M. D[omi]na ~~Christina~~ Catharina Iasinska pro memoria perpetua quadraginta Missarum in Anno quolibet inscripsit huic Conventui Sum[m]am duorum Millium florenorum ex Sua Summa Reformatoria cum obligatione pendenti ex illa Centum et Viginti fl. Census singulis Annis, ut Constat ex Inscriptione facta in Castro Cracoviensi feria 3tia post D[omi]nicam Reminiscere proxima Anno 1704 quae servatur in Archivo huius Conventus; sed Census iste usq[ue] modo nunquam fuit Solutus, circa quod vide in hoc Protocolo folio 247, ne idem bis repetatur.

~~NB~~ Post multas vero lites fuit adiudicata praefata Summa duorum millium florenorum Polonicalium et Anno 1725 levata de Bonis Chomontow et transportata locataq[ue] super Bona Magnifici D[omi]ni Casimiri de Granow Wolzycki Pocillatoris Sandomiriensis Nominatim Niestranowice Wola, Wiśniowa, Dobrowatka, Przybradow etc. in Palatinatu Sandomiriensi et Districtu Chęcinensi sita. A qua Summa recepta est Provisio eodem ut supra Anno, uti constat ex Inscriptione quae in Archivo conservatur.

§ 6tus

Census M. Dnae Bobinska

M. Dnus Rogatianus Jordan feria 2a post Dnicam Laetare proxima Anno 1706 inscripsit in Castro Cracoviensi huic Nostro Conventui Casimiriensi Censum Annuum Centum et quadraginta florenorum a duobus Millibus, quos habuit a M. Dna Hedviga Bobinska, quae dictam Summam huic Conventui donavit cum obligatione celebrandi Unum Sacrum lectum qualibet Septimana, et Unum Anniversarium cum Vigilia singulis Annis Cantandi, ut latius dictum est in hoc Protocolo folio 245. Ubi vide et pote.

M. Haec summa recepta est ex Bonis supranominatis, et tradita est modo simplicis debiti supra Bona Hereditaria G.D. Francisci Slaski dicta Sarbia, et Slewni in Districtu Prosescienni. Data est haec summa 2000 fl. Anno 1729 die vero 28 7bris.

§. 7mus

Census M. Dnæ Cichonska.

Magnifica Dnā Sophia Cichonska pro Memoria perpetua dedit Conventui Nostro in specie Mille flor: obligando Conventum ut in Anno Missæ Sacrifitia in perpetuo cellebrentur triginta sex. Quæ Summa locata est super Bona Gorzeń Zdziezna, in Palatinatu Cracoviensi, et districtu Zelwiensi. die 17 Octobris Anno 1722. ut videre est, tam ex Charta Dni Josephi Zysakowski, quam et roboratione eiusdem in Castro Cracoviensi Anno, et die ut supra.

NB. Hæc summa eidem recepta et supranominato G. D. Maski tradita una cum superiori summa specificata folio antecedenti 522. nempe juncta summæ 2000bus Hedvigis Bobinska

#

Census Dnae Marianna Reblowna.

Anno Dni 1726 recepta est Summa Mille ducentorum florenorum Polonicalium, a Supra Nominata Dna Marianna Reblowna obligando Conventum, ut in Anno Missae Sacrificia in perpetuum celebrentur viginti quatuor. Quae Summa locata est super Bona Mgfici ac Generosi Dni Casimiri de Granow Wodzicki Pocillatoris Varsaviensis, ut in Inscriptionibus expressa sunt in Archivo et proventus istius Summa persoluta est, et in posterum persolui debet.

Haec Summa transportata est Super Bonis Illmi D. Stephani Morsztyn Castellani Conarensis ut in inscriptionibus in Archivio invenitur.

Census Octo millium Florenorum Polonicalium de Bonis Aleksandrowice per complanationem receptorum.

Anno 1725 recepta est ~~recepta~~ primo media Summa id est Quatuor millia Florenorum Polonicalium ab Illmo Dno Dembinski Castellano Woynicensi post multas multorum annorum lites per complanationem sine ulla obligatione Conventus, nam haec Summa debita fuit Conventui a pie memoriae Illmo Dno Francisco Korycinski ~~Castellano~~ Sandecensi modo concessitio, Locataque est praefata Summa apud Nobilem ac Generosum Dnum Casimirum Woycicki Pocillatorem Varsaviensem supra Bona nominato in Inscriptionibus quae sunt in Archivo.

Haec Summa transportata est super Bonis Illmi Dni Stefani Morsztyn Castellani Covaren sis

Item alia quatuor millia recepta sunt ab eodem superius praefato Illmo Dno Dembinski Castellano Voynicensi Anno 1727 dataque sunt modo concessitio pro uno Anno una cum provisione quae est persoluta.

Haec Summa nunc locata est apud M. D. Franciscum Dembinski scilicet quatuor millium, Pincernam Latovensem

Haec Summa 4000 cum maxima difficultate et strepitu percepta Anno Dni 1777mo recepta est a M. Dno Petro Dembinski ~~Filio~~ Capitaneo Veltesensi Filio M. D. Francisci Dembinski jam mortui a qua per 15 Annos nulla currebat Provisio Quam Summam Concepit pro Uno Anno Perillustris M. D. Zatuski Capitaneus Oycoviensis obligando se solvendi provisionem per 6 a Cento incidente Die 17 January Pro qua extat Inscriptio Juridica in Archivo

Anno Dni 1781 18 January Praedictam Summam 4000 restituit post Mortem sui Mariti Perillustris Zatuska Capitanea Oycoviensis Conventui nostro Cui Summae juncta sunt alia duo Millia fumati Jacobi de Topinaski et accommodata pro Annuo Censu per 7 a Centum Mag. Wielopolska Capitanea Lackoronensi 1781 Die 20 Aprilis Cujus Scriptura extat in archivo

Census Duodecem Millium Florenorum Polonicalium post pie defuncti Patri Capitanei Oswiecimensis, apud Perillustrem et Rndissimum Dnum Michaelem Wodzicki Canonicum et Officialem Generalem Cracovien. Sem. etc:

Anno Dni 1726. recepta est Summa Duodecem millium Florenorum Polonicalium a Perillustri ac Rndissimo Dno D: Michaele de Granow Wodzicki Canonico et Officiali Generali Cracoviensi Executore Principali testamenti post fata Perillustris ac Mgfici Dni Adami Ludowiecki Capitanei Oswiecimensis, quod praefata Summa locata est supra Bona Rogow dicta in Palatinatu Sendomiriensi et Districtu Vislicensi sita, supra nominati Perillustris ac Rndissimi Canonici Cracoviensis, a qua Provisio in integro persoluta est, et in posterum persolvi debet uti constat in Inscriptionibus in Archivis. Pro qua Summa ad Modestam requisitionem Perillustris Rndi Dni supranominati officialis, suscepit Communitas obligationem recitandi psalmum De profundis post Mensam solitis in sacra Religione temporibus, uti patet ex Decreto Communitatis, die 2da Januarij 1732 Anni, à qua Summa currit provisio ad placitum supranominati Illrissimi ac Admodum Rndi Dni Officialis, qui allegat quod sit gratis ab illomet inscripta, non ex successione praenominati Mgfici Ludowiecki, palam recognovit, cum adjecto, quod gratis datur, quantum datur, tantum recipiatur.

Census à Summa 2000 fl. Polonicalis apud Illrem MD. Casimirum Wosicki

Anno Dni 1732. Collecta fuerat Summa ex Varijs Benefactoribus pro Emendo fundo fl. 2000. Cum vero non dabat Occasio illud Emendi, et acquirendi, ideo ne Summa praefata sine ullo fructu ac Censu Here-lescat, data est modo Simplicis Debiti Illri MD. Casimiro Wosicki Pocillatori Varsaviensi die 14. Junij 1732 Aõ. Supra Bona in rescriptione Specificata.

Census proveniens à Sum̃a quatuor millium florenor. data post Fata Illmæ Annæ Sapiezyna Palatinæ Troensis pro Coemendo Fundo aut Ediolo.

Præuia propositione, Consensu et approbatione Sacræ Communitis, Hæc Summa quatuor millium florenorum polonicalium, supra nominata, pro Coemendo Fundo, aut Edificio Simpliciter data; quæ Summa (ne sine ullo fructu iaceat et sterilescat;) est Locata super Bonis ~~Strzemilcze~~ Omnibus Simul Sumptis et Specialiter Beresteczko, ~~et Lobaczowka~~ in Palatinatu Wolhiniensi, Magnifici Domini Petri Karczewski Capitaneidis Zytomiriensis, ~~per~~ modo Simplicis debiti, die 13 Martij An° Dñi 1735. A quâ Sum̃a prouisionis 280 fl. per Septem à Centum, ut patet in manuali Scriptione in Archiuio asservata

II

Facta propositione, consensu, et approbatione Sacræ Communitatis hæc Supra nominata Summa quatuor millium florenor. polonicalium (ne sine ullo fructu iaceat et sterilescat;) est locata In Bonis Omnibus Simul Sumptis et Specialitr Beresteczko in Palatinatu Wolhiniensi Magnifici Domini Petri Karczewski Capitaneidis Zytomiriensis modo Simplicis debiti die Decima tertia Martij Anô Dñi Millesimo Septingentesimo Trigesimo Quinto. A quâ Summâ per Septem à Cento prouisionis, facit pro toto Anno 280 fl. ut patet in manuali Scriptione in Archiuio asseruata

1735

Per processum fuit adjudicata Sum̃a floren: Duorum Millium Super Sorte in Villa parva Piasek tandem per Explanationem Amicabilem ratione desolitionis et ob varias rationes pervenit ad Unum mille quæ Sum̃a remanet in Archivio.

Et hæc Summa est Expensa Stante possessione Rdi fris Francisci a S. Mathia, ad tempus præsidentis in Aõ 1736, ob Summam Caristiam.

Census Decem Millium Florenorum Polonicalium post pie Defuncti fata Celsissimi olim Principis Czartoryski Vexiliferi M D L apud Perillustrem D Michaelem Daxman Pincernam Osuicimensem et Zatorynensem pro Redimendis Captivis.

Anno Dni 1750 die Ima Obris praeviâ prius propositione Communitati locata fuit Summa decem Millium florenorum Polonicalium venientium ex pio Legato Celsissimi olim Principis Czartoryski Vexiliferi M D L et ipsâ eadem die praenominata Summa data ad manus Perillustri Dno Michaeli Daxman Pincernae Osuicimensis et Zatorynensis cum obligatione solvendi sex a quovis centum non obstante quavis elatione in duas ratas partita una nimimitate Temporis provisione in crastinum Festi SS. Philippi et Jacobi florenos trecentos et alios totidem in crastinum Festi Sanctorum Omnium, totum hoc fuit acticatum et roboratum in Castro Cracoviensi die et Anno ut Supra. Originalis obligatio Scripta et sigillata reposita in Archivio ad conservandum futuris Temporibus quae Summa reperta est pro Redemptione Captivorum ex Testamento piae memoriae Celsissimi Principis supra specificati.

Haec summa locata prius fuerat apud D^m Waxman Pincernam Osvicimensem et Zatorensem in Villa Lusina, tandem post fata ejusdem a Filijs levata et ad Cassam Redemptionis archivij Leopoliensis transportata per Patrem Jacobum a S Margaretha pro eo tunc Redemptorem Captivor.

Census duorum millium et quingentorum Florenorum Polonicalium pro pia Defunctorum sola Illustrissimi & Reverendissimi D. Joannis Lubini Canonici Cathedralis Cracoviensis et Reverendi Pauli Widawski Plebani Pettikoviensis apud Illustrissimum & Reverendissimum D. Josephum Mathiam de Lubno Lubinski Archidiaconum Cathedralem Cracoviensem.

Anno Dni 1752 die [illegible] Januarij facta prius propositione Communitati a Superiore actuali legata fuit summa supranominata veniens ex pio legato Illustrissimi et Reverendissimi D. Joannis Lubini Canonici Cathedralis Cracoviensis et Rdi Pauli Widawski Plebani Pettikoviensis ad manus Illustrissimi et Reverendissimi D. Josephi Mathiae de Lubno Lubienski Archidiaconi Cathedralis Cracoviensis de consensu Nostra Communitatis in bonis haereditariis Mnichow in Palatinatu Sandomiriensi districtu vero Chencinensi cum attinentijs etc. quing a quovis censu provenientes nullo calamitatis tempore excusabilis. ut patet ex inscriptione in Archivio asservata.

Notandum est Circa Prancae legationem 2000 a Pio Memoriae Rdo Dno Lubini factam quod fuerat cum onere quatuor Missarum quolibet mense persolvendarum insua et nullo modo Conventui Nostra Committe quae cum resumerent et nimis oneratam se sentirent determinavit se omnibus Consentientibus ad Tria Sacra Itm in mense applicanda. Quod totum Venerabile Diffinitorium Grale Celebratum in Hoc Nostro Conventu Cracoviensi Anno Dni 1757mo Die 3tia 7bris cum a Nobis supplicatum fuerat. approbavit et Confirmavit et de hoc sequens fecit Decretum prout de verbo ad Verbum hic inscribitur.

Extractus ex Libro Diffinitorij Nostri Generalis Rdnis Celebrati in Nostro Conventu Cracoviensi Sta S. Joachimi Die 3tia Mensis Septembris Anno Dni 1757mo

Sessione Quinta

Exponente pro Conventu Cracoviensi Sta S. Joachimi Rdo Nostro Patre Ministro Grli Admo Stanislao [illegible] [illegible], Quod Anno Dni 1752do D 23 Julij facta fuerat Testamentaria Legatio a Rdmo Dno Lubini quondam Canonico Cathedralis Ecclesiae Cracoviensis in Duabus Millibus florenorum Poll. Id est 2000 fl. Rk. consistens eidem Conventui Census ad Cracoviam inscripta, Cum onere quatuor Missarum quolibet Mense persolvendarum in perpetuum. pro Anima Pfati Rdi Dni Canonici. De qua tamen exclusiva obligatione Nullus ex parte Conventus intercessit mutuus Consensus et acceptatio dum Rdmq Praedictus viveret. et Communitas et nimis gravata videret ultronere se obligavit Communi Consensu ad persolvenda Tria Sacra Singulo Mense in perpetuum. ut praesentur. Quod ipum

Quod ipsum etiam Nostrum Deffinitorium Ptle Ordinis ratum habuit approbavit et confirmavit. habendo potestatem a SSmo Dno Nostro Benedicto XIV feliciter regnante reducendi Missas perpetuas.

Ex Libro Deffinitorij Nostri Ptli Ords ad verbum extractum fuisse fidem facio
Ptr Venceslaus a S. Augustino
Deffr Ptlis Ordns et Secretarius
Deffinitorij mpp

(L.S.)

Summa 3000.

Supra specificata Summa duorum millium & qvingentorum florenorum (: qvorum duo millia sunt à pia memoria R. D. Lukini Canonico Cracoviensi, qvingenti verò floreni à pia mem: R. D. Paulo Wedawski :) fuit levata è Bonis Illmi Rndmi Dni Lubinski Decani Gneznensis Mense Septembri Anni 1765ti, & locata Leopoli super omnibus Bonis, & particulariter super Balicze & Turze l. M. D. Stanislai Broniewski Pincerna Kotomiensis, in auro justi ponderis, per septem à qvovis cento. Ut autem hæc Summa Capitalis ascenderet ad tria millia, additi sunt ex Censibus Nostris, provenientibus è Summa Capitali decem millium locatorum apud Illmum Potocki Capitaneum Lezanensem, floreni qvingenti. Et hæc tota Summa 3000. data est Leopoli in festo SS. 3. Regum. Ao 1766. Scriptura obligatoria l. M. D. Broniewscii reperitur apud l. Alexandrum à Conceptione B. V. M. Ministrum Collegii Leopoliensis. Modò tamen restituta est Conventui Nostro Cracoviensi, reperibilis in Archivio.

Summa mille florenorum per testamentum inscripta a pie Defuncto Magnifico Domino Stanislao Biberszteyn Starowieyski.

Anno Domini 1753, Ex Decreto Officii Consistorialis Cracoviensis facto. Die Veneris, immediate post Festum Ascensionis Domini cadente, id est Prima Mensis Junii, Summam Mille florenorum Polonicalium per Magnificum olim Dominum Stanislaum Biberszteyn Starowieyski Anno 1726 20 Augusti testamento Legatam pro Missis quinquaginta Celebrandis in Anno perpetuis temporibus in Suffragium Animæ Suæ, recepit Noster Conventus Cracoviensis Casimiriensis ad Cracoviam Situs à Magnifico Domino Joanne Jelenski; eo, quod illam acceptam realiter, ac in bonis suis Hæreditariis dictis Villa Zorne Lenebe inscriptam, locatamque cum assecuratione Solvendi Census omnibus istis Annis sine ulla Provisionis persolutione retinuerit. Et insuper, quia præfata obligatio nimis gravaminosa fuerat, Officium dare ex perpetua in Manualem Annuale Sacra, convertit quæ donec Celebrentur Summa ad Manus Nostras recepta in Arca Trium Clavium conservatur.

Anno Domini 1762. 18 Junii accepit hic Conventus Summam Decem millium florenorum Polonicalium antiquæ monetæ ex Testamento Illustrissima Helena Morsztynowa Palatina Livoniæ absque omni obligatione, pro fabrica solius Conventus et quia iste exiguas provisiones habet ad sustentandum, ideo dicta pecunia locabitur in Russia ad Censum et provisionem pro sustentatione Religiosorum. Dicta Summa 10000 locata est apud Illustrissimum Potocki Capitaneum Lezaiscensem per Septem à quovis Cento Anno 1763 in festo Trium Regum Leopoli.

Summa unius mille.

Habuit hic Conventus prædiolum miserum Prosovicii cum qua-
tuor additamentis agri & pratiolo emptum pro quingentis florenis
à Famato Chumurzinski cive Prosovicensi per Illustrem M. D.
Morski pro comoditate Conventûs. Sed cum successu temporis Præ-
diolum hoc cum suis ædificiis totaliter fuerat desolatum, nec daba-
tur modus illud reparandi, & præterea jurisdictio Magnæ Pro-
curationis instabat, quatenus hoc fundum restituatur Civibus
Prosovicensibus prævia ab iisdem nobis exsolutione Sumæ quingen-
torum florenorum Polonicalium. Proinde considerando majorem fore
utilitatem ex Provisione Proveniente, quam ex illo Prædiolo, de con-
sensu Comunitatis illud Prædiolum est venditum Stanislao Pelon-
kowicz civi Prosovicensi pro Suma octingentorum floronorum
Polonicalium. Cui adjuncta Suma ducentorum florenorum Poloni-
calium levata ex agro inscripto à Famato Abrahamski Prosovi-
cii, efficit Sumam ~~mil~~ unius mille florenorum Polonicalium, quæ
Suma simul juncta locata est super Contubernium Ephippiario-
rum, ut supra dictum est, fol: 260.

Summa duorum millium.

Accessit huic Conventui Summa unius mille trecentorum quadraginta florenorum Polonicalium, seu aurei nummi octuaginta, pro perpetua obligatione à p. m. D. Balthazaro Podubski Moravo oblata. Quæ Summa ut ascendat ad duo millia florenorum Polonicalium, additi sunt è Provisionibus huic nostro Conventui obvenientibus sexcenti sexaginta floreni Polonicales. Et hæc totalis Summa duorum millium locata est Die 12. Januarii Annô Dñi 1767. Leopoli super omnibus Bonis, particulariter autem super Balicze, Turza, & Botochow P. M. D. Stanislai Broniewski Capitanei Wierzbovecensis, qui prædictam Summam acceptavit cum onere pendendæ annuæ Provisionis in festo SS. 3. Regum per septem à centum. Scriptura verò obligatoria ejusdem reperitur in Archivo Conventûs Nostri.

Summa quatuor millium.

Accessit huic Conventui Nostro Die 31. Januarii Annô 1766tô Summa Quatuor Millium Florenorum Polonicalium pro perpetua obligatione à M. Dña Bogucka Notaria Castrensi Cracoviensi oblata, inscriptaque super omnibus generaliter Bonis suis, præcipuè autem super Bonis Januszowice in Palatinatu Cracoviensi Districtu Xiaznensi jacentibus, cum onere pendenda annua Provisionis Die 22dâ Mensis Februarii per quatuor à quolibet centum. Scriptura obligatoria ejusdem exstat in Archivo Conventûs Nostri.

Habet hic Conventus Summam Duorum Millium
Oblatam a Famato Jacobo Klapinski Cive Casimiriensi
pro Obligatione in quatuor Anni temporibus absolvendi pro
anima ejusdem Lectum Sacrum et Unum Rocternum

Qua Summa juncta alijs 2000 Locata apud Illmam
de Sulkoscijs Wielopolska Capitaneam Lanskoronensem Cujus Scri
ptura authentica extat in Archivio.

CAPUT 7mum

De Censibus, et debitis Contra Conventum

Per Dei gratiam Nullum debitum temporaneum, vel perpetuū habet usquemodo videlicet usq; ad præsentem Anni 1717 Conventus iste contractē; In favorem vero sui varia habet jam realia, jam provisionalia, quæ ex chartis, vel instrumentis Authenticis quæ servantur in Archivo, et ex manuali Libro deduci faciliter possunt.

CAPUT 8um

De futuris Successionibus huius Conventus

Usque ad praesentem Annum 1717 nullas Conventus iste habuit Notabiles Successiones, nec praetensiones ad illas; Si quae vero fuerunt parvi momenti, cito pacificatae Sunt.

CAPUT 9.num

De Sepulturis perpetuo alienatis personis Secularibus

Cum usq; ad praesentem Annum 1717. non habeamus Conventum, nec Ecclesiam explanta ob temporum calamitts, consequenter nec Sepulturas ullas alienatas personis Secularibus habet Conventus iste.

Anno Dni 1769. die 6. Februarij Sepulta est in hac Nostra Eclesia Mca Dna Francisca Dobrucka quae obiit in Villa Plaszow.

Anno Dni 1772. die 11. Februarij Sepulta est in hac Nostra Ecclesia Francisca Nowakowski. qui obiit in praedio Nostro.

Anno Dni 1772 die 24. Iulij Sepultus est in hac Nostra Eclesia Simon, Felix, qui obiit in Lapidea dicta Goronska. omnib. Scrmtis munitus.

CAPUT 10um

De Nostris Religiosis defunctis, et loco eorum ubi jacent

1mus

Primus Religiosus Noster defunctus in hoc Nostro Conventu Casimiriensi fuit P. Fr. Didacus a S. Maria Hispanus qui Patriam relinquens ad serviendum Deo, et Religioni, venit in Poloniam Anno 1690. Aetatis fuit 27 Annorum Religionis vero duodecim, fuit Religiosus mitissime Indolis, et ad omnia quae obedientia disponebat paratissimus. Semper privatus hac tenebrosa luce ad veram et aeternam die 5a decembris 1692, et peracto ut decuit officio funerali sepultus est in Sacristia quae tunc erat sub pariete Sanctuario. Postea vero Anno 1703 die 21 Septembris translatus est ad Modernam Ecclesiam ejusque ossa tumulata sunt in sepulchro Religiosorum ad latus sinistrum. Requiescat in Sancta pace Amen.

2dus

Die 1a Junij 1697 Mortuus est in hoc Nostro Conventu Casimiriensi fr. Christophorus a S. Jacobo Religiosus Novitius Clericus, Aetatis Annorum Novemdecim, qui ex Dei gratia habuit ut per decem Menses quibus mansit in Religione pie et religiose vivendo disponeret se ad felicem quam habuit Mortem. Post Officium Sepulturae positum fuit Corpus eius in sepulchro Religiosorum in Ecclesia ad Manum dexteram sub pariete. Requiescat in Sancta pace Amen.

3tius Die 9a Martij Anno 1698. mortuus ē in hoc Nro Conven:
tu Fr Blasius ab Assumptione Laicus, Religiosus Noster
Professus Ætatis Annorum 39, habitus vero quinque. Fuit
Religiosus valde humilis, et mirae Sinceritatis, qui absolutis
Omnibus Officijs quae pertinent ad Sepulturam appositus ē
ad Mortuos Antecessores suos in Ecclesia in Sepulchro Re:
ligiosorum ad dexteram partem. Requiescat in pace Amen.

4tus Die 18 Junij Anno Millesimo Septingentesimo Octavo
mortuus est in isto Nro Conventu Fr Franciscus a Sta Cathari:
na Laicus, veneno pestifero infectus, qui tunc in hac Re:
gione grassabatur. Ætatis habuit circiter quadraginta
Annos, Religionis vero decem. Fuit Religiosus valde
silentiosus, et ad omnem laborem inclinatus, ob pestem tunc
grassantem non potuerunt fieri Officia Sepulturae, ut deceі:
bat: Nec ob timorem infectionis sepelierunt eum in Sepulchro
Religiosorum, sed in Atrio sex pedibus a parcano qui dividit
hortum ab atrio. Anno vero 1717 die 26 Maij tempore
Visitationis P. Mathaei ab Angelis Comissarij Gnlis extra:
cta ossa cum Sarcophago nigro ex illo loco reposita sunt, as:
sistente, et suffragante pro Anima Communitate in sepulchro Re:
ligiosorum ad manum dexteram scalae. Requiescat in San:
cta pace. Amen.

5tus Die 24 Septembris Anni 1714. Mortuus fuit in Nostro Con:
ventu Casimiriensi Fr Thomas a SSma Trinitate Religiosus La:
icus, et Professus Nrae Religionis, Ætatis circa 45 Annorum

Religio:

Religionis vero circiter viginti duorum Annorum. Fuit Religiosus summopere laboriosus, licet fere jam a decem Annis in infirma semper et ægra valetudine, in qua multa patienter passus est. Valde etiam fuit Amator Religionis et paupertatis. Munitus omnibus Ecclesiæ Sacramentis transivit ex hoc mundo ad æternum Patrem. Cuius Corpus post solemne sepulturæ Officium positum fuit in Religiosorum sepulchro ad Manu dexteram. Requiescat in pace. Amen.

Obiis

Die 19 Septembris Anno 1736 Mortuus est in hoc nostro Conventu Pr. Fr. Michaël à S. Hieronymo Polonus, Religiosus noster Professus, Ætatis 36 Annorum, habitus verò 20. Fuit Religiosus Summæ Modestiæ ac Compositionis, fugiebat à familiaritte Sæcularium; miræ Continentiæ, Amator Stæ paupertatis, Zelator Regularis Observantiæ; fuit devotissimus ad Sanctos Patronos Tutelares, Specialitr ad purissimam Matrem Mariam, qui ante et post Celebrationem Missæ, Solebat flexis genibus in choro Summâ cum devotione audire Sacrificia Missæ Celebrata. Munitq Omnibq Ecclesiæ Sacramentis, transivit ex hoc mundo ad Cœlestem Patriam. Cuius Corpus post Solemne Sepulturæ Officium, positum fuit in Religiosor. Sepulc. ad latus dextrum. Requiescat in pace. Amen.

Anno Domini 1740 Obijt itinerans ex Obedientia Sui Superioris, pro collectura eleemosynæ ad sublevandam Nostri Conventus paupertatem missus. Pater Frater Franciscus à B. Joanne Cantio; in Villa et Aula Nieznanowice, Illsmi M. D. Wodzicki. Pocillatoris Warsaviensis hæreditaria; Supranominatq Pater in hac Casimiriensi ad Cracoviam civitate honestis et pijs Parentibus progenitus, congenitam sibi pietatem et devotionis studium, ad ultimum vitæ terminum servavit. In Religiosa obedientiâ, humilitate, modestia, et taciturnitate, omnibus exemplarissimus, Vitæ Sanctorum Patronorum, precipuè B. Stanislai Casimiritani compatriotæ sui imitandæ studiosissimus, ad Bam. Virginem Mariam devotissimq cujus Rosarij globulos manibus, salutaones Angelicas continuo ore et corde volvebat, huic devotioni in senectutis suæ debilitate, imo continuis cum metu mortis infirmitatibus nullam metam posuit, Multisque alijs virtutibus praeditus, tandem ætate, Laboribusq fractus, omnibus Ecclesiæ munitus Sacramentis in assistentia Presbyterorum Sæcularium, æternos in beatitudine reseraturus Annos, ultimam vitæ suæ diem clausit die 29 Martij Anno Christi ut supra 1740. Ætatis suæ 62. Religionis 42do. Cujus corpus de Villa Nieznanowice ad hunc Nrum Conventum transvectum, in Religiosorum sepulchro tumulatum Requiescit; Requiescatque anima ejus in pace. Amen.

NB: Non constat certo, utrum hic defunctq Pater et natus sit in Civitte Casimiriensi an solum baptizatus.

gnus Anno Domini 1742. Die 19 Martij Mortuus est in hoc nostro Con-
ventu Casimiriensi ad Cracoviam P. Fr Gregorius a Sancto Joanne Bapti-
sta Præsidens. Cujus Vitam tam in Mundo quam in Religione, ab ejus Probitatibus et
insignibus meritis illustrem, anteq̃m indelebili Committam Calamo, ad inscribendum eum
et ejus gloriosum Agonem perennaturis characteribus anteqm dedero Operam. Nihil maximopere
in eo tam adeo mirandum fuit, quam quod Mortis commune fatum insperate obierit. Et
quare aut quomodo (non incerti enim sumus, Omnes ejusdem imperio parere iubemur.) hæc ei obvene-
rit. Nimirum cui quoadusq concessum fuit vivere, ita vixit, ut sciret certo se aliquando
moriturum. Et ideo Mortuus, quoniam sciret in omnia, seu post omnia restare sibi mortem
cui nasci contigerit. Igitur Natus est P. Fr Gregorius hujus Nostri Conventus emeritissi-
mus Præsidens, Nobilibus in Volhynia degentibus Parentibus. Quorum, ut indubitatum est
Fides vera coniuncta Religioni, et Pietas fuit unita Actioni Christianæ, ita et eum non alio
more imbuerunt, et ablactaverunt lacte, q̃m Fidei Orthodoxæ, Pietatisq Religiosæ. Horum
enim Parentum suorum et earundem Virtutum quæ in eo a teneris incipiendo Annis, hucusq
clare prælucebant, adactus forte fuit stimulo, de Religione ingredienda cogitare semper non de-
sistebat. Dum enim id ejus laudabile propositum staret, et non vacillaret præconcepta semel
intentio, Ordo Sanctissimæ Triados ultro se ei obtulit, quem et ingressus est. Ibidem Statim
vix ad prima tantum Religionis ejusdem movit pedem limina, egregiæ indolis et Probæ Virtutis
agnitus adoratusq fuit Juvenis, ac semel simulq susceptus ad Habitum, moxq integerrimus ex-
stitit Novitius. Ac tandem peracto Probationis Anno, emisso solemni Professionis Voto fa-
ctus Religiosus. Nec Res discordabat a Nomine, nec Religiosa Virtus a statu Religioso. Pieta-
tem, Religionem, Paupertatem, Modestiam Religiosam, et gravitatem q̃m Tyro adhuc ada-
mavit, et Veteranus Miles exercebat. Præcipuus fuit Marianus Cultor, ac ejus Nominis
Sanctissimi Exorator, Corona Marianâ, Rosario, Salutationibus Angelicis de Die in diem
ad eandem quot quot voluit, enixe anhelabat, persolutis, quotidie eandem Venerabatur.
Heu q̃ntis Devotionibus, quantis Virtutum in se extensis meritis, per varias in Religione
transiens feliciter functiones, a Beatissima illa, ut pote Patrona et Domina sua meruit
præmiari Dignitatibus. Verus Triadis Alumnus, Ter Vocatus ad eundem, tum fastidio q̃nvis
fuit eidem et onere, hoc suscipiendi munus, in tribus Ordinis Nostri Domicilijs Concionatorē
et Zelotem simul egit, non recusavit laborem. Semel nonnisi et in una Domo Religiosam
Beresteci, Patrocinio ejusdem Protectricis suæ promotus, in officio Ministravit. et ita, non
ut jussa aliorum exequeretur sed ut imperaret pro se obsequentibus, et relinqueret facien-
da ejusdem clientibus. Beresteci et Leopoli itidem Bis Vicarius factus, egregiam in
supportando onere, tum suo Ministro, quam sibi commissis, navavit et sedulo Diligen-
tiam. Ex quo Obedientiæ altissimæ, Vigilantiæq Solicitudinisq fastigio, præpropere, qui nimis
ab omnium Charitate rapi videbatur migravit in Hispaniam. Dein Reversus, ut pro
labore mercedem perciperet, et ab itinere haberet quietem, commodum ei providit locum
et simul adiunxit Officium in Cracovia Præsidentis Religio. In quo Officio Sanctæ Relio-
seque se gerens, Charus apprime Charorum suorum Charis Amicis, bene notus et amabilis Omni-
bus. Ideam in se Virtutis unicam eandemq exprimens, quæ nata ad laborem, adeum eum impulit
laboris onus, ut pro Domo sua et pro Religione semper, ac cepit, continuo laboraret. Ex
quo labore, tam prompto, q̃m acriter desudando in Opus, contraxit Phtysim. quæ fuit ei tam
Diuturnus morbus, ut omnino deberet expetere lethum. Et expetiit incunctanter, ac si iam
bene meminerit Verborum Davidis lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi in Domum Domini
ibimus Statimq sibi ultimum Vitæ suæ obiisset Diem. Inter Religiosorum turmas, chorosq
canentium gloriose ad templum deportatus, in Assistentia suorum, Sepulchro Donatus
Religiosorum, Omnium Obsequiis Comitatus, iacet tumulatus. Cui iam nil addi superest
præter id, quod vivens adhuc commendavit Astantibus, ut Anima ejus in Pace Sempiterna Re-
quiescat Amen.

Veritatem effari, est Deum laudare, et proximum in tuto et securo statuere. Fuit
olim Domus Tobiæ in Consternatione posita, ob celatam veritatem Socij
assumpti, ad Complendum iter vindicandi debita sua. Ast ubi fortuna-
tissime rediit; ac Veritatem Mysterij aperuit, omnes Gaudio replevit
ac in tuto posuit. Sicq Dignissimos Superiores Ordinis S.mæ Triados
Redemptionis Captivorum, dubios de statu usq ad Mortem Religio-
si Patris Fratris Martini a S. Josepho, præfatæ Religionis Sacerdotis Pro-
fessi

Professi Similiter et de locatione Corporis ejusdem Significo igitur Subscriptus, uti de Certa Scientia habeo, quia Infirmitatem Suam patientissime tulit, adhuc alios Infirmos Solans his dictis, non dicamus quia Infirmamur, quousque Deo Servire possumus. Semperque Celebravit, ob quod Omnibus gratus, ac acceptus fuit: Singulisque hebdomadis Confessus fuit, quod etiam Ante Mortem aliquod diebus fecit, ubi jam Celebrare Nequivit. Tertia praesentis, data ei Extrema Unctio ad quam Se totaliter in Voluntatem Dei Consignavit. Tandem Vocem Clausit loquelae, Jacuitque usque ad 6tam diem Currentis, qua ante Vesperam accepta generali Absolutione ab Admodum Rndo Vicario Hyacintho Jaworski pie Obijt. Datusque pulsus usque ad diem lunae quae erat nona hujus: Sicque illa die Ego Decanus cum adjunctis quatuor alijs Presbiteris ad hospitium illud descendimus, processionaliter, ibique officiis defunctorum decantavimus, ac per Miserere mei, resonantibus tubis ad templum rediuimus assistentibus Omnibus plane Civibus usque ad Integralem devotionem. Tandem in Cripta Ecclesiae tumulatus, Ob tumorem Corporis ne rumperetur: Cum autem Sic et non aliter Se res habeat Addidi Subscriptioni meae Sigillum Ordinarium die 28 7bris Anno: 1743 Predictus Pater Natus est vero Ao 1679 4 Novembris fecit professionem Ao 1722 7 23 Martij.

Gregorius Joan: Baptis: Tcieski
Decans Sep: Dieces: Cracov: Paroch:
Gnezd: et Gorbacensis

Ego quoque Curatus Ecclesiae Lubovensis testor una cum Decano
Joannes Szlachtowski.

Annus

Vita et Mors P. F. Antonii à S. P. N. Joanne de Mattha, Secret. Prolis.

Non tam Mortis fata cuilibet indispensabilia Nos terrent, quam Mors praematura in flore aetatis et Religionis ulterioribus meritis praecludens palmam. Hoc experti sumus in Nro Amantiss. P. F. Antonio à S. P. N. Joanne de Mattha Secret. Prolis, Is vocabatur in saeculo Antonius Sliwski, Natus in Pokutia Ao 1720, ie 1. 9b. à piis, honestis, Nobilibusque Parentibus piè educatus, ad N. S. Religionem à DEO vocatus, paruit in 13. aetatis suae Anno, et expleto 3. Annorum Novitiatus Tyrocinio, Professus ad S. Nicolaum Ao 1736. ie 11. 9bris, peracto deindè Cursu Phico in Coll. Luceoriensi, et Thlgco in Coll. Leop. Concionator factus in Conventu Berestecensi, quod Munus 7. Annis laudabiliter exercuit, praedicans Evangelium DEI Opere et Sermone, tandem ex dispositione Superiorum bis in Vicarium destinatus Luceoriam nempe et ad S. Nicolaum, ubi bene satisfacere Muneri et officio, quo Corda Filiorum ad Patrem, et Patres ad Filios conciliabat. Posteà Presidentem Thomaspolia egit egregiè, in fine assumptus in Secretarium Provinciae, et in hoc Officio ultimam clausit periodum. Veniens namque Cracoviam, infirmitate correptus, scilicet dolore Capitis intensissimo, et post Stranguria, ex qua evenit Grangena, à Medicis incurabilis declarata, in toto hoc infirmitatis 8. Septimanarum Spatio,

Pie Defunctus,

Pie Defunctus quoq́ Morbi hujus adversa patientissimè supportabat, Voluntati DEI in omnibus volens se conformare. Sapius Confessionibus et Comunionibus Comunitus D. J. O. M. ad futuram Mortem auxilium implorabat. Ad ultimum omnibus Sacramentis pius quatriduo ante Mortem, quæ secuta est die 17. Mensis Jun: hora 5. pomeridiana cum 3. quadrantibus, tribus vicibus fuerunt hac die vocati Religiosi cum tabellis ad assistendum Moribundo, qui usq́ ad 3. Vicem assistente S. Comunitate ad finem Credo desiit vivere. Cujus Corpus post solenne ~~Solenne~~ Sepulturæ Officium, positum fuit in Religiosorum Sepulchro, et requiescit in Sancta pace. Amen.

1. Imus   Vita et Mors Fr. Ignatij à S. Leopoldo. Laici Professi.

Prognatus Hic Frater Viennæ ex Austria piis ac honestis Parentibus Aº 1738. die 1. 9br. ab ineunte statim ætate, Sanctè, ac religiosè educatus est, et mox ut cibum sumere, simul à quibusvis noxiis abstinere cœpit, nam ab ipsis vitæ suæ primordijs, sivè ex Natura, aut ad majora ipsum sic, disponente DEO, esum Carnium omninò abhorruit, quam Vitæ rationem non absq́ singulari Mortificatione ad ultimum usq́ servavit. Postea crescente ætate, non magis in Arte Statuaria quam Virtute excultus, ad perfectiora semper anhelans, S. Ordinem Nostrum ingredi aspirare cœpit, ac Voti compos factus, cœlestem Nostrum Habitum pro Statu Laicali suscepit in hoc Conventu Casimiriensi ad Cracoviam Aº 1757 die 30, 8br. ubi exemplarissimè integrum ferè Annum agens, de more Religionis suscepto in eodem Conventu Aº 1758. die 23. Nobr. Caputio, Leopolim ad Ædes S. Nicolai perrexit, transactisq́ ibi duobus Probationis annis Solemnia Religionis nuncupavit Vota Aº 1760. die 9. Martij. atq́ ex obedientia iterum Cracoviam amandatus, plura pro gloria DEI, et Decore ejusdem Loci, Ecclesiæ, arte sua perfecit, ac in varijs obeundis Religionis servitijs plurimum laboravit, semper tamen comis, patiens, ac benignus permansit. Obedientiam adeò strictè servavit, ut non modo Superiorum, verum etiam Æqualium jussa intorto Oculo promptissimè expleret. Paupertati itidem, et illibatæ Castitati, cæteras quoq́ Virtutes adjecit, in quibus usq́ ad extremum sese exercens, ex tanta tussi in gravem incidit febrim, quam magis magisq́ succrescentem patientissimè per Octiduum tolleravit, ac ultima Nocte se omnibus Sacramentis Comuniri postulavit, quibus ritè Sanctèq́ hora 3tia post mediam Noctem susceptis, semper assistente S. Comunitate ad ultima Verba decantati Credo placidissimè quievit, die 22. Aprilis 1763. hora 1ma pomeridiana, et requiescit in Sancta pace.

1. Trius.   Vita & Mors L. F. Henrici à Concept: B. V. M. reperitur in Protocollo Conventûs Mielecensis, ubi corpus ejus quiescit.

Vita et mors Pris. Fris. Simonis à S. P. N. Joanne de Matha. et s. 96.
Obiit in hoc nostro Conventu Cracoviensi Pr. Fr. Simon a S. P. N. Joe
de Mathia natione Varmiensis Aetatis Annor. 72. Religionis 44. Bene
et Laboriose consumatis diebus vitæ suæ à tempore ingressus ad
Nostr Sacr Institutum persoluto probationis Anno et Cursu Phi-
losophico Vilnæ atqe Theologico Leopoli Variis obsequiis ex dispo-
sitione Superiorum applicatus. Jam in Capellania in Aula Perill
Morawsciorum. Jam in Conventu Cracoviensi binis vicibus a
Conventualis, et ibidem Præsidens trium Annorum ad extremum
Infirmitate Hidropis Correptus per aliquod annos patientissime
sustinuit et Di. Ultima Aprilis 1770. Anno noctis tempore
ex eadem infirmitate Suffectus morte repentina quam ille timuit
atqe indies et horas semper expectabat in Spiritu animæ præparatq
et praeventq Cujus animam piis Suffragiis recomendo. qui requiescat
in pace Amen.

Vita tandem, et Mors Reverendissimi ac Religiosi
N. P. Stanislai à Smo Sacramento. Exge-
neralis Totius Ord: SSS. Trinitatis Redemptionis
Captivorum, Viri in Vita, imo et post Mortem mirabili
hæc omnino fuit: Ortum suum duxit de Nobili
ac nota in Nostra Patria Polona Oborsciorum Familia
quam Virtutibus heroicis magis, quam Nominis Sui
claritate posteris imitandam reliquit:
Vixit In Sancto Ordine Nostro Annos - -
Ætatis Suæ. - - - - - 70.
Ab ingressu Religionis - - - - 54.
Habitus - - - -
Professionis - - - - - -
Fundator simul hujusce Conventus Cracoviensis,
imo et Pater omnibus tam Exteris, quam Suis Amatissimus,
continuis laboribus attritus, Senio confectus, Morbo attritus,
Paralisis, sub tempus Chorale, ad extremum Indigetis Sui
diem devenit. Cujus Animam esto speramus Beatorum
numero annumerari, tamen pro more Religionis Nostræ
omnium exoptamus Suspiria.

Vita P. F. Petri a S. Michaele Defuncti in Nro Conventu

15tus P. F. Petrus a S. Michaele Sacrae Religionis Nostrae Sacerdos Natione
Polonus piis Nobilibusq Parentibus in Pocutia Natus Ao Dni 1742
d. 9 Julii Ab Adolescentia sua Maturo Saluti suae providere cu-
piens Sacram Religionem Nostram ~~capiens~~ ingressus Suscepto ha-
bitu in Collegio Nro Stanislaopoliensi Ao 1757. d. 29 7bris
peractoq probationis Anno in Conventu Berestecensi Solemnia
emisit vota Ad praescriptum legum studiis Philosophicis in Colle-
gio Luceoriensi Theologicisq Thomasoviae consummatis
mandato Superiorum Leopoli extra moenia deinde Thomasoviae
Officia Conventualis exemplariter egit postremo ad nostrum
Conventum Cracoviensem Amandatus ibiq tam Procuratoris cum
emolumento Domus quam Sacristae munus laudabiliter exer-
cuit, deniq Contracto morbo febris putridae eoq per dies aliquot
patientissime tolerato Ad extrema devenit cui Nullis remediis
mederi quiverat de more Sacrae Religionis Nostrae Sacramen-
tis Munitus d. 16. Junij Ao 1786. hora 3tia pomeridiana
In Assistentia Sacrae Communitatis placidissime quievit, aeta-
tis suae 44. Religionis 29.

Vita R.P. Francisci à Iesu Defuncti in hoc Conv.

16tus Universalis humani status est lex, quod natus mundo
naturae concedere debeat, ac primam oriundo lucem, mortis
umbram comitem habere: id enim et commune Pauli, statu-
tum hominibus semel mori, totam viventium obligans
Communitatem, et naturae exigit rigor: hoc jure de longae-
vita sustulere è vita Emeritissimum Patrem Francis-
cum à Jesu Religiosum Nostri Ordinis Sacerdotem Pro-
fessum, cujus res gestas, ac seriem vitae, pietate, virtu-
tibus, bonis moribus, ac copiosis meritis refertam, tanquam
pulcherrimum imitationis exemplar Velit Patres et Fratres
in vita Religiosissimi expono. Integerrimae vitae me-
moratus Pater natione Polonus, in Palatinatu Cracoviensi pri-
mam duxerat lucem d. 19. 7bris 1717. Anno. Ibiq huma-
nioribus Literis ac bonarum virtutum instructus artibus
dono vocationis Religiosae à Superis politus, ordinem SSmae
Trinitatis Redemptionis Captivorum est ingressus d. 18. Januarij Ao
1735. Expleto Probationis Anno in Conventu Leopoliensi ad
aedes S. Nicolai, votis solemnibus obstrictus d. 20 Men-
sis Maij 1736. Ao eod. solita Religionis studia directus
fuerat —

fuerat: ac primum Philosophiae in Collegio Stanislaopolien
si, deinde Theologiae in Collegio Leopoliensi emensis cur
sibus, pisq Literarum praesidiis cumulatus — Tum in Col
legio Thomaspolii, tum in Conventu Cracoviae Verbi Dei Prae
conem exemplarissimum è mandato Superiorum egit an
nis circiter octo: ac ubi vir apostolicus doctrina ac zelo
animarum audiebat, inde obedientia evocatus officium
Praesidentis in Conventu Cracoviensi aliquot annis interrup
tis, ac demum novem continuis sollicita cura, augmento
boni communis explevit. Enitente singulari prudentia
ad officium Secretarij Provincialis assumptus: his meri
tis auctus, ad munus Ministri in Conventu Leopolii ad Ae
des S. Nicolai promotus; suavi benevolentia Religiosos
gubernaverat. Quo munere probato officium Redemptoris
commissum singulari Proximi charitate ac solicitudine
in gravibus negotiis expedivit. Talis dexteritas in per
agendis officiis gradum promotionis altius elevare con
cessit; proinde binis vicibus in Definitorem Provinciae
ac tandem in Ministrum Provincialem omnium suffragan
tibus votis canonice electus: Regulari observantiae, Legum
custodia, morum innocentia, vera pietate, in temporalibus
ac spiritualibus profectu omnes boni Superioris partes ex
plevit. — Collimante vita ad finem mortalitatis praesi
dum, solitariae perfectionis cupidus, quietam mansionem
elegit in hoc nostro Conventu Cracoviae; incensus tamen Ze
lo salutis animarum in excipiendis Fidelium Confessio
nibus assiduo labore indefessus extitit. Et quia accep
tus fuerat Deo, necesse erat, ut probatio tentaret; igitur
singulari omnipotentis Dei q: Dei in ordinanda servorum
suorum vita est inscrutabilis dispositione, paralysi mor
bo tactus, languoribus auctus, lecto decumbens, vitam do
loribus ac aliis infirmitatis incommodis asperam, medita
tione Passionis Xti, ac Mysteriorum B. V. Mae suavem to
to anno transegit. Quo tempore tam longe protracto raris
sima patientiae pietatis ac perfectionis omnimodae exemplar
non solum aspectantibus, sed etiam audientibus extitit.
Tandem ingravescente morbo, ac gangrena vitae termi-
num accelerante, majoris perfectionis studio incumbebat
in doloribus ac morbi incommoditatibus, non solum querela
nulla, sed imo summa in voluntatem Divinam resigna-
tio ac patientia elucebat. Ad extrema deveniens Sacra
Exomologesi saepissime conscientia expiata, ac frequenter
anima pane Caelesti refecta, riteq susceptis omnibus Sacra

mentis —

mentis, inter actus anagogicos, defixis in Crucifixum oculis, ad ultimum sibi Sanctissimum, in ipso agoniæ termino datis signis resignationis in voluntatem Divinam, amoris Dei, ac doloris de peccatis, in osculis ter repetitis Sacratissimorum Sti vulnerum, Suavissima Jesu Mariæ, ac Josephi pronuntians nomina, assistente Sacra Communitate placidissime animam suam reddidit Creatori: in hoc nostro Conventu Cracoviensi Dic 9. mensis Martij hora ipsa 8. vespertina anno Dni 1790 ætatis suæ 73. Religionis 55. Aõ. Quamvis de salute animæ probi viri spem certam in sinu bonitatis Divinæ repositam habeamus, more tamen Rec.

Sepultus est in monumento Patrum nostrorum.

Vita P. Fr. Mathiæ à S. Joanne Cantio

Cum hæc sit lex Omnium Nostrum, ut qui nascimur inevitabiliter Moriamur. Hanc universalem legem explevit Rlgs Pr. Fr. Mathias a S. Jõe Cantio, in sæculo Polakowski Parentum Nobilium filius. Hic dum teneros juventutis suæ annos in præceptis Dni transegisset, tædebat eum vitæ mundanæ, cœpitqz fastidire mundanas voluptates. Quapropter sæculo valedicens Religioni Nostræ se mancipavit Aº 1779 in qua partes veri Religiosi adimplens probationis annum in Cvtu Trinitopoliensi Aº 1781 Die 19 Martij peregit. Quo peracto usqz ad Mortem in Religione se DEO serviturum solemnibus Votis obstrinxit. Hinc ita Supremo Numini Consecratus, libenter se Superiorum voluntati subiecit, quorum Mandato pro Studiis ad Collegium Orsense destinatus, ibidem pro Capacitate sua operam Navans, simul et probi Religiosi speciem præseferebat. Tandem pro Modulo suo terminato cursu ex Collegio Antecolleni ad hunc Nostrũ Cnvtũ Cracoviensem pro Mansione missus in variis humilitatis officiis videlicet; partim per plateas Civitatis alendis Confratribus suis ostiatim Mendicans, partim Expenditoris, aut Seduli Sacristæ munus adimplens per aliquod annos se exercuit. In quibus humilitatis operibus perseverans, Die 4. Augti Currentis lenta Febri Correptus, eadem ingravescente Sacramentis Munitus Die 17. Augusti Aº 1796. circa horam Octavam Vespertinam exspiravit. ac tandem Die tertia ad Patres et Fratres suos repositus est in Sepulchro

825
148

CAPUT IIIum

De defunctis Secularibus, et loco sepulturae eorum.

Anno Dni 1713 die 27 decembris mortuus est Cracoviae Dnus Joannes Baptista Bondynosy Natione Italus ex Petremoli in Hetruria Capitanus Regiminis Illmi Rzewuski, Palatini Podlachiae Ducis Campestris Regni Poloniae, et sepultus est die 29 decembris eiusdem Anni in Ecclesia Nostra Casimiriensi in Sepulchro Religiosorum ad Manum Sinistram prope parietem, quia aliud sepulchrum usque modo non habemus. Requiescat in Sancta pace. Amen.

Anno Dni 1714 die 2 February Mortuus est Casimiriae Ms Dnus Smolenski Polonus, et die 22 Marty eiusdem Anni Sepultus est Solemniter in Ecclesia Nostra Casimiriensi in Sepulchro Religiosorum ad Sinistram non longe a pariete in ligneo Sarcophago Nigro colore, et cruce alba depicta Requiescat in pace Amen.

Anno Dni 1716 die 27 Maij Mortuus est Cracoviae Ms Dnus Paulus Antonius Smolenski Superintendens Thelonij Reipublicae in Minori Polonia, filius immediate Scripti pie Defuncti et die 3a Junij eiusdem Anni in Ecclesia Nostra Sepultus cum Magna Solemnitate et concursu aliarum Religionum et Secularium: Jacet Corpus eius in Sepulchro Religiosorum ex opposito Scalae in Sarcophago Ligneo panno pulchro obducto, clavisque deargentatis. Requiescat in Sancta pace Amen.

Anno Dñi 1727. die 4ta Augusti. Mortua fuit Cracoviæ. Virgo Marianna Reblowna, et Sepulta fuit Solenniter in hac Nostra Ecclesia, in Sepulchro Religiosorum ad latus Evangelij, in tumba lignea, Colore fuscô depicta; et iacet in Habitu nostro. Requiescat in pace Amen.

Anno Dni 1732 die 14 Septembris Mortuus fuit in pago Jugowice Generosus Dnus ~~[illegible]~~ Casimirus Witowski, Sepultus fuit Solenniter in hac nostra Eccl: in Sepulchro Religiosor ad latus Evangelij in tumba lignea Colore fusco depicta. Requiescat in pace Amen

Anno Dñi 1761. die 27. Maij. Sepultus est in Nostra Ecclesia Coquus Noster Joannes Maijkowski, qui appositus est, in Sepultura Veteri, et requiescit in pace. Amen.

Anno Dñi 1762. die 13. Maij in Nostra Ecclesia Solenniter sepultus fuit D. Georgius Wilsdorff natione Moraviensis, qui jacet in Habitu Nostro, sub altare S. Cajetani, et in sancta pace requiescit. Amen.

Anno Dñi 1765 Die 7ma Martij Omnibus Sacramentis munitus mortuus est Famatus Thomas Ciepielewicz Cracoviensis Annorum ætatis viginti Septem et Sepultus in hac nostra Ecclesia 11 Martij 1765 qui quiescit sub Altari S Cajetani

Anno Domini 1769 Die 6ta Februarij Sepulta est in Ecclesia Gsna Francisca Dobrucka iacetq sub altari S Cajetani quæ in Sancta pace requiescat.

Anno Domini 1778. die 12. Maji Sepultus est in Nostra Ecclesia Dnq Adalbertus Dytowski qui in Sancta pace quiescat,

Anno Domini 1778 die 11. Junij omnibus Sacramentis munitus Sepultusque est in Nostra Ecclesia Famatus Dnus Jacobus Klapinski Civis Casimiriensis ac Magister Murarius qui extruxit Ecclesiam nostram et tres partes Claustri qui Requiescat in Sctâ: pace Amen.

Anno Dni 1779 die 9. Maji Sepulta est in Nostra Ecclesia Catharina Nowakowska quæ requiescat in pace.

Anno Dni 1779 die 21. Decembris Sepulta est in Nostra Ecclesia Regina Synkowa. cujus anima gaudia æterna possideat ac quiescat Corpus in pace.

Anno Dni 1794. Die 1. Augusti Sepultus est in nostra Ecclesia Benedictus Sztol famulus Conventûs qui requiescat in pace.

Anno Dni 1795. Die 24. Martii Sepultus est in nostra Ecclesia Stanislaus Goral famulus Conventûs. requiescat in pace.

Anno Dni 1795. Die 5. Novembris Sepultus est in nostra Ecclesia Andreas Orlowski Coquus Conventûs. requiescat in pace.

CAPUT 12um

De Benefactoribus Specialibus huius Conventus.

Ab initio huius Fundationis usque modo semper ex Dei gratia multos, varios, Munificosque Benefactores, et Promotores Conventus iste habuit, pro quibus vel adhuc in vivis Manentibus, vel in Dño quiescentibus Suffragijs Nostris indigentibus tenemur semper Orare, quandoquidem Experta beneficia ipsorum non possumus aliter retribuere et huius solius retributionis Nostrae intuitu benefaciebant Nobis. Ex praecipuis autem Benefactoribus tam a principio, quam post, et usque modo sunt sequentes.

Celsissimus Joannes Malachowski Episcopus Cracovien.

Per Illustr. et Mℓ Adamus Lubowiecki Capitaneus Oswiecimensis Fundator Noster.

Illmus Stanislaus Szembek Suffraganeus Cracoviensis, Modernus Regni Primas.

Illma Anna Potocka Castellana Cracoviensis.

Illma Capitanea Sondecensis.

Illma Anna Wielopolska Palatina Posnaniae.

Illma Ursula Comitissa in Siecin Capitanea Oswieimen.

Illmus Joannes Dębski Castellanus Conariensis.

Illmus Franciscus Wielopolski Capitaneus Cracoviensis cum Sua Illma Consorte.

Rdissimus Franciscus Lipski Abbas Tynicensis.

Mℓ Dnus Andreas Zydowski Vexillifer Cracoviensis

Mℓ Dnus Jordan Venator R. cum Mℓ Consorte Sua

Mℓ

M. Dnę Jordan Pincerna Cracoviensis.
M. Dna Wodzicka Pincerna Varsaviensis.
M. Dna Theresa Kusecka.
M. Dna Catharina Wieyska.
MM. DD. Fryzerowie Coniuges Burgrabii Cracov.
MM. DD. Kuseccy Coniuges.
MM. DD. Straszewscij Coniuges.
MM. DD. Zrębeccij.
M. Dnus Adamus Oraczowski.
Illmus Stephanus Bidzinski Castellanus Sandomiriens.
Illmus Castellanus Osviecimensis.
M. Dnus Adamus Otwinowski.
MM. DD. Georgius, et Petrus Gwozdyanscij
M. Dnus Rymonski Notarius Sondecensis.
MM. DD. Jaczynscij Coniuges.
MM. DD. Zawada coniuges.
M. Dnus Ciszkowski.
MM. DD. Rzysczij Coniuges
M. Dna Bobinska Vidua.
MM. DD. Kynth Coniuges
Famata Dna Anna Białoczynska
Famatus Dnus Mekotty Postae Magister.
Famata Dna Bemowa Vidua
M. Dna Wilska
Dna Adamkowa
Dna Dylowska
Famatus Dnus Krzeminski Consul Casimiriensis.
A. R. D. Blasius Babczynski Plebanus Andrzeiovien.
Illmus Franciscus Horicinski Castellanus Bractaviensis.
Excellens Dnus Zidowski Consul Cracoviensis, gratiosus
Medicus huius Conventus.
M. Dna Christina Brzydkina Capitanea Krzeczoviensis
M. Dna Sophia Cichonska.

Tandem noviter accesserunt Specialissimae huius loci Benefactrices Ao 1739:
Illris M. D. Helena de Potocki Morsztynowa Palatina Livoniae cum Spe fundatrices
Illris M. Domina Barbara Kembekowa, Castellana Osviecimensis.
Illma M. D. Helena Morsztynowa Palat. Livoniae. Ao 1762. vide pag: 533.

Caput 13um

De Praelatis huius Conventus

Primus qui Curavit hanc Nram Fundationem fuit P. Michael a Sancta Maria Redemptor Captivorum Hispanus ex Regno Aragoniae ex Provincia Conceptionis B. V. M. Hic Pater habuit Specialem Commissionem a Rmo Diffinitorio Generali, ut procuraret fundare Cracoviae, ad quem finem, 1mo obtinuit a Celsissimo Episcopo Cracoviensi licentiam ad habendum locum per modum hospitij. 2o Ut ille cum Socijs suis possit habere locum fixum ad habitandum Cracoviae, vel habitare, et ibi exercere institutum Nrum; ad quod antea obtinuerat Lapideam Lubowiecka dictam, in qua paravit Oratorium, sive Ecclesiam parvam sine Venerabili tamen, et his ita dispositis Anno 1689, mense Novembri eiusdem Anni discessit Varsaviam, et ad hanc fundationem Missus est Sequens. — 1mo

Secundus Pater Praesidens huius fundationis fuit P. Fr. Joannes a Cruce Hispanus, Alfari in Castellae Regno Natus, ex Provincia Conceptionis, qui hic solum mansit a Novembri 1689. usque ad Julium Sequentis Anni 1690 cum P. Didaco a Sa Maria Hispano, et cum Fre Andrea a Sto Joanne De Matha, quo mense ex Obedientia discessit pro Praesidente ad Nostram fundationem Stanislavoviensem. et Successor eius fuit. — 2dus

P. Fr. Franciscus a Jesu Ma Hispanus Cantabriensis, ex Provincia Conceptionis, qui Leopoli venit, ubi erat Magister Novitiorum — 3tius

Novitiorum, pro Praeside hujus Conventus, et accepit possessioné Officij sui die 30 July 1690, et statim inceperunt exercitia omnia Comunitatis, eo quod dictus Pater secum duxit duos Novitios et unum Professum, et duo alij habitum Sanctum receperunt. Mansit Pater hic Praesidens in sua Praesidentia per octo Annos nimirum usq ad 15^{am} July 1698. In quibus indecibile est quantum hic laboravit jam in Religiosorum sustentatione. Jam 1mo in impetranda licentia, quam obtinuit ad collocandum Venerabile Sacramentum; 2do in Lapideis quas modo habemus et in quibus habitamus obtinendis, et tertio in Ecclesia construenda in una ex illis; tandem ex obedientia hinc ad Praesidentiam Varsaviensem motus, in eius locum suffectus est.

4tus. Pr Fr Joannes a S. Francisco Hispanus ex Provincia Spiritus S.ti electus Praesidens huius Conventus a Fr Joanne a SS. Trinitate Commissario Grli, accepit possessionem officij sui die 15 July, Anno 1698 et in illo vere Religiose permansit usq ad Octobrem sequentis Anni 1699, quo electus in Lectorem Theologiae discessit ad sui officium exercendum ad Nrum Collegium Leopoliense. Post ipsum

5. Pr Fr Petrus a Jesu Mª Hispanus ex Regno Castellae ex Provincia Conceptionis electus Praesidens huius Conventus a P. Fre Joanne a Nativitate Comissario Grli et Leopoliense Ministro; accepit possessionem officij sui die 23^{a} decembris 1699, et in illo fuit usq ad Septembré Anni 1701, fuit enim electus in Vicarium Nri Collegij Leopoliensis, et sic dicto Mense hinc discessit. Post quem

Nominatus

9oA

Nominatus est in Praesidentem huius Conventus P. Fr. Antonius a S. Clemente, Natione Armenus, Leopoliensis, a Patre Ioanne a Nativitate Comissario Grli. Possessionem vero huius Conventus praefatus P. Fr. Antonius a S. Clemente accepit ultima die Septembris Anni 1701, tandem in eodem hoc Conventu Stante sua Superioritate assumptus in Lectorem S. Theologiae Anno sequenti 3a Iulij, et in utroq. officio permansit usq. ad Augustum 1705, quo Mense discessit Leopoli in eadem Theologiam etiam dictandam. Et loco eius — 6tus

P. Fr. Franciscus a Resurrectione Hispanus Alfarensis ex Provincia Conceptionis B.V.M. electus fuit in Praesidentem huius Conventus A.R. P. Fr. Antonio a S. Ioanne Bapta Comissario Grnli, qui dictus P. Praesidens accepit possessionem Officij sui die 6ta Augusti 1705, et in hoc officio perseveravit laudabiliter usq. ad Martium sequentis Anni, quo Mense ex obedientia debuit discedere Viená, et inde Kataniam pro Praesidente illius Novae fundationis. Et successit ipsi — 7mus

P. Didacus a S. Augustino Hispanus ex Castella Nova ex Provincia Spiritus Sti, qui ex Praesidentia Nri Conventus Sancti Nicolai extra Muros Leopolienses electus é in Praesidentem huius Conventus a Nro P. Fr. Antonio a S. Ioanne Bapta Comissario Grli. Accepit possessionem Officij sui die 8 Martij 1706, et in illo permansit usq. ad Mensem Martij 1711. quo Mense discessit Romam; Et in illius locum — 8vus

P. Fr. Hieronimus a Iesu Maria Hispanus ex Regno Aragoniae, Provinciae Conceptionis B.V.M. electus est a Nro P.re Francisco a Iesu Ma Comissario Grli. Accepit possessionem suae Praesidentiae die secunda Martij 1711. Postea Anno sequenti Stante ipsius Praesidentia electus est in Lectorem Philosophiae quam ibi dictavit et Superior simul fuit usq. ad Aprilem Anni 1714, quo Mense discessit Vienam ad dictandam Theologiam. Et loco illius, — 9nus

P. Fr.

10mo P. Fr. Mathæus ab Angelis Hispanus ex Regno Navarræ Provinciæ Conceptionis, qui renunciato Ministerio Nri Conventus Hervacensis in Hispania, electus fuit in Præsidentem huius Conventus a Nro P. Fr. Antonio a Sto Joanne Bapta Commissario Grli. Accepit possessionem suæ Præsidentiæ die 4a Aprilis 1714. Postea post Nrum Capitulum Grle Anni 1716 factus Commissarius Grlis in Polonia, reliquit Præsidentiam suo Successori eodem Anno Mense Octobri die duodecima.

11mo P. Alexander a Sto Thoma Hispanus ex Castella Veteri Episcopatus Calagurritani, Provinciæ Conceptionis Ctæ, qui ex Præsidentia Nri Conventus Varsaviensis electus est in Præsidem huius Conventus a Nro Pre Fre Mathæo ab Angelis Commissario Grli. Accepit possessioné suæ præsidentiæ die Sexta Decembris Millesimi Septingentesimi decimi Sexti.

12mo P. Josephus a Sanctis Polonus, ex Civitate Cracoviensi qui ex Præsidentia quondam Zynkoviensi electus in Præsidentem huius Conventus a R. P. Antonio a Sto Joanne Baptista Commissario Generali. accepit possessionem suæ Præsidentiæ 15 January Millesimo Septingentesimo vigesimo

13mo P. Antonius a Resurrectione Dni Polonus ex Civitate Leopoliensi in Russia et Lectore S. Theologiæ electus in Præsidentem huius Conventus a R. P. Joanne a Sto Josepho Commissario Grli accepit Possessionem suæ Præsidentiæ 18 Junij Millesimo Septingentesimo vigesimo tertio

Pr Fr. Antonius à Spiritu Scto Polonus, ex Vicario Collegij Leopoliensis, Electus fuit in Praesidentem huius Conventus, a Rdo Pre Fr. Antonio à Scto Joanne Bapta Commissario Grli accepit possessionem Praesidentiae suae. Die Vigesima secunda Septembris Anni Dni Millesimi Septingentesimi vigesimi Quinti. 14 tg

Pr Fr Antonius à Resurrectione Polonus post Lectoratum Theologiae electus et designatus fuit in Praesidem huius Conventus à P. F Joanne a S. Josepho Commissario Grli, accepit possessionem Praesidentiae suae mense Junio die 5ta Anno Millesimo Septingentesimo vigesimo tertio.

Iam est supra scriptus

P F Josephus A Sta Maria post Peractam Redemptionem Diffinitor noster Grlis accepit possessionem huius Conventus mense Julio Anno Millesimo Septingentesimo vigesimo nono. 15 tg

Pr Fr Thomas à Stâ Maria Polonus ex Palatinatu Mazoviae, post magisterium Novitiatus Leopoliensis extra moenia, Electus fuit in Praesidentem huius Contûs, à Rdo Patre Fre Joanne à S. Josepho Commissario Grli necnon Ministro Provinciali; accepit possessionem Praesidentiae suae mense Septembri die 1mâ Anno Dni Millesimo Septingentesimo Vigesimo [illegible] 16 tg

~~Rdus Pr Fr Georgius a Sancto Joanne Baptista Polonus ex Palatinatu Russiae Volhynia Oriundus, post feliciter transactum utriusque Scholae tam Philicae quam Theologicae [illegible] [illegible] [illegible] Curriculo; Novum [illegible] quodque [illegible] Juris et Politici) et egregio [illegible] Athletam: Nempe [illegible] quantum [illegible] exordium vidit Anno [illegible] Cracoviae, a quo Summum [illegible] Concionatorus [illegible] Aliis plurimum honoribus transactis, et in augendum Spiritu [illegible] revocandis, Electus est in Praesidentem Eidem et Loco ad gloriam [illegible] tam Verbo quam exemplo praelucendo [illegible] Patre tunc Ministro Provinciali Provinciam per Poloniam et Lithuaniam gubernante Joanne a S[illegible] Trinitate. De sanctitate ejus, quam bene ei successit bene omnibus Nobis constat. De die, quo inauguratus est, et de Anno, quo hanc Conscendisse Sedem intimatur ob incertam et Dubiam Relationem, eo quod in hoc Conventu non extat Protocollon ignoratur.~~ 17 tg

Praesens annotatio corrigenda est quandoquidem Stylus illius multis scatet impertinentijs, sicut et descriptio vitae [illegible] Georgij a S. Joanne Bapt: sub fol: 739:

18vus. P. Antonius a Resurrectione.

Pr. Fr. Antonius a Resurrectione Polonus ex Palatinatu Russiae Pocutiae Oriundus Post Ministerium Trynitopolense in Litvania ~~a~~ Definitor Provincialis electus et assumptus fuit in Praesidentem hujus Conventus nri Casimiriensis a Nostro Patre Fratre Antonio a SSmo Sacramento Ministro Provinciali Accepit Possesionem Praesidentiae suae Die 8va: Mensis Septembris Anno Dni Millesimo Septengentesimo Quadragesimo Secundo

19nus. P. Antonius a Spiritu S. Ex Admo Concionatore in Collegio Stanislaopolensi.

Pr. Fr. Antonius a Spiritu Sancto Polonus ex Palatinatu Russiae Pocutiae Oriundus post transactum feliciter Magisterium Studentium Philo et Lectoratum Theologiae Scra assumptus in Praesidentem hujus Conventus nostri Casimiriensis ad Cracoviam a Nostro Patre Josepho a SSmo Sacramento Ministro Provinciali accepit Possesionem Praesidentiae Suae Die 24: Mensis Augusti Anno Dni Millesimo Septengentesimo quadragesimo Sexto

20mus R. N. P. Stanislaus a SSmo Sacramento.

Post istum: Religiosissimus ac Reverendus N. P. Stanislaus a SSmo Sacramento Polonus, ex Ducatu Masoviae Oriundus, Natus in Volhynia, modernus Actualis Generalis Ordinis Discalceator SSmae Trinitatis Redemptionis Captivor Emeritissimus, et dignus, quem ut Patrem Patriae atque Primum Caput, primamque Religionis vivens, Universor Subditor in se rapientem Corda, Sollicitantem Animos, affectusve, ex factis cuncti loquantur fasti, Encomizent omnes; Quidquid enim Virtutum, probitatum quid quid, in Orbe reperitur Triadigero, id totum in Unum illum Convenire Videtur:/ Praesidens et Superior hujus Conventus Cracoviensis erat. Is in Collegio Stanislaopolitano Magistri Studentium Philosophiae, ac ejusdem Lectoris, In Collegio Luceoriensi Concionatoris, in Leoburgico Sacrae Theologiae Professoris, transacto munere, primum postquam Ministri Romani, atque Procuratoris Generalis Curiae Pontificiae explevisset Officium [illegible] dein jam Diffinitoris Generalis Ordinis, jam Generalis Commissarij Matris Redemptoris Familiae, obijsset regimen, et unumquodque dictorum summo cum Encomio, haud postremave terminasset laude, post Celebratum Capitulum Generale Familiae praefatae Bosnij Mense et Anno utpatet Cap. 1mo istius Protocolli § 2do folio 24. istud Claustrum, recepta ejusdem Possesione 17ma Mensis Maj, ipso Dominicum Pentecostes die Ao 1750. accepit in suam tutelam. In cujus emolumentum quae, et quanta fecerit, Videat § 2dus Specificatus a folio 24 ad folium 27. Item Cap: 3tium de Bonis Immobilibus a pagina 437 ad pag. 440mam.

21mus N. P. Josephus a SSmo Sacramento Polonus

Subsecutus est in Praesidentia Reverendum Nostrum Patrem Stanislaum a SSmo Sacramento Ministrum Modernum Gnalem Nostri Ordinis Discalceatorum SSmae Trinitatis Redemptionis Captivorum N. P. Josephus a SSmo Sacramento Exdiffinitor Familiae Matris Redemptoris ejusdem Ordinis, Vir omnium Virtutum Meritorum, Laudum Genere, or[+natus in Palatinatu Volhynia] ornatissimus. Hic in Collegio Leoburgico Mgri Studentium Theologiae, in Collegio ...

in Collegio Stanislaopolitano Lectoris Philosophiæ, in Leopoliensi Professoris Sacræ Theologiæ terminato Officio, post Capellaniam apud piæ memoriæ Illustrissimam Joannam Wielhorska Castellanam Volhyniæ Fundatricem Nostram, cum imprimis Ministri Stanislaoviensis, 2do Ministri Luceoriensis, ubi confirmatus pro altero triennio stetit, demum Provincialis ac Redemptoris explevisset munia, Barcinona ex Capitulo Generali Redux Cracoviam, hujus Conventus (: missis patentibus Varsovia a R.N.P. Ministro Prnali per manus N.P. Valentini à S. Hermenegildo protunc Provinciali Ministro :) Die 9na Augusti in Festo S. Laurentij Accepit regimen. Cujus quanta sollicitudine augmentum quæsierit, exstat Lapidea Lapidea [illegible] surgentibus aedificatibus, (: Edictum manet de illa à folio 440mo ad folium 444tum :) ab Honorata Magdalena Rozmarynowska, coempta, exstructum in parte ejus posteriori de Novo Stabulum, ac Ducenti Polonicales floreni in Archivio pro structura ex procuratione repositi; Tenuit præfatus N.P. Gubernium istius Cænobij ab Augusto ad mensem Aprilem, hujus vero decima sexta die, id est Feria 3tia Paschatis, A° 1754 discessit Rubra Russiam, Electusq in Capitulo Provli Beresteci Celebrato Definitor 1mus Provlis, in cujus locum successit

22dus: Præsidens P. F. Franciscus a JESU natione Polonus qui antea in Collegio Thomasoviensi deinde in hocce Conventu Prædicatoris munere fungebatur, Rexit hunc Conventum annis tribus usq ad subsequens Capitulum Provinciale celebratum Leopoli intra mænia Anno Dni 1757 die 7ma Maj, in quo electus fuit in Ministrum Conventus nostri Leopoliensis ad Ædes Sancti Nicolai. Post hujus abscessum venit pro Superioratu hujus loci

23tius Præsidens P. F. Benedictus à S. Chrystophoro natione Armenus, ante hac Vicarius atq Minister duorum Conventuum nempe Leopoliensis extra mænia & Berestecensis, postremo Definitor 2dus Provinciæ. In illius Locum successit.

24tus. Præsidens P. F. Antonius à Visit. B. V. MARIÆ (natione Lithvanus) qui antea in Collegio Luceoriensi binis vicibus, deinde in hocce Conventu Prædicatoris munere fungebatur. præfuit huic Conventui Annis Duobus. Postea successit

25tus. Præsidens P. F. Simon à S. P. N. Joanne de Matha, Natione Germanus, oriundus ex Varmia, qui Possesionem Suæ Præsidentiæ accepit die 27., 8b. Anno Domini 1761. Præfuit huic Conventui Annis tribus. Postea successit

26tus. Præsidens N. P. Franciscus à JESU actualis Definitor Provinciæ S. Joachimi & Secretarius N. P. Hieronymi à S. Francisco Vicarii Provincialis, qui interim supplevit vices Præsidentis, quo usq non designatus fuisset per literas Patentes à N. P. Vicario Provinciali Reduce ex Hispania post celebrationem Capituli Gnrlis

27mus Præsidens. P. F. Isidorus à S. Antonio natione Varmiensis ex civitate Heilsbergensi oriundus, qui antea in Collegio Thomassoviensi Sacræ Theologiæ Lectoris, postea in Novella Fundatione Cremenecensi Præsidentis munere fungebatur, inchoavit regimen hujus Conventûs Aô 1765. Die 29. Septembris.

28vus Præsidens. P. F. Franciscus à Jesu. Ex Deffinitor Provincialis ex Minister Leopoli ad Ædes S. Nicolai vir meritor et virtutum plenus incepit Regere hunc Conventum Anno 1768. D. 17 Aprilis

29nus. Præsidens P. F. Antonius a SSma Trinitate Natione Polonus Post officium Ministri in Conventu Bransloviensi elec tus est in Præsidentem hujus Conv. suscepit regimen Anno Dni 1769 D. 30 Aprilis

30 Præsid. P. F. Mauritius à S. Stanislao Natione Polonus quiobit munus Concionatoris Anno Luceoriæ annis 4 tandem Missionarij labores sustinuit Horohaijannis 3ibus demum Concionator Leopoli Collegij factus ac post Concionator hujus Nostri Conv. factus per sexennium, præter officium Concinatoris Procuratoris aliaque munia obiens suscepit regimen Conventûs 1772 Aº Die 4ta Junij.

31 Præsidens Pr. Felix a S. Josepho natione Polonus post officium Vicarij in Conventu Thomassoviensi, suscepit Regimen hujus Residentiæ 1774to.

32 Præsidens Pr. Fr. Franciscus a Jesu ex Provincialis et Definitor actualis Provincialis natione Polonus præfuit huic Residentiæ per Novennium postea Succesit

1mus. Minister Pr. Fr. Florianus a Nativitate BVM Electus in Capitulo Provinciali Beresteci Celebrato Anno Domini 1784to Suscepit regimen hujus Conventûs 1ma 8bris ejusdem Anni

Secundus Minister Pr. Fr. Fortunatus à S. Thoma. Natione Polonus ex Palatinatu Russiæ Pokuciæ oriundus, qui antea in Conventu Berestecensi per aliquot Annos munere Coadjutoris dein Magistri Novitior. postea Præsidentis in Residentia Mielecensi fungebat. Electus in Ministrum Cracoviæ in Capitulo Luceoriæ celebrato Ano 1787. ante Dominicam Quartam post Pascha, Inchoavit vero Regimen hujus Conventus R. 4ta Junij Aõ 1787.

Tertius Minister Pr. Fr. Adalbertus a B. Simone de Rosas electus in Capitulo Provinciali Beresteci celebrato Ao 1790.

Quartus Minister Pr. Fr. Gregorius a S. Jacobo in Capitulo Proviciali Beresteci celebrato electus Ao 1793.

9 del

CAPUT [X]DECimum 4tum

DE VISITATIONIBUS

Superiorum
huius Conventus.

Visitans Noster Pater Joannes a SSma Trinitate Minister Leopoliensis et per Poloniam et Lithvaniam Generalis Commissarius Ordinis Discalceatorum SSmae Trinitatis Redemptionis Captivorum hunc librum, cuius titulus est Protocollum huius Conventus Casimiriensis Ordinis SSmae Trinitatis Redemptionis Captivorum, invenit illum diminutum proindeq praecepit quod scribantur in illo sequentia capita; Caput de Praelatis huius Conventus = Caput de Sepulturis perpetuis = Caput de futuris successionibus = Caput de visitationibus. Et in capite de Memorijs perpetuis notetur clare, quare Conventus obligationem habet, si est propter pecuniam traditam, si propter lapideam vel quamcunq aliam hereditatem vel titulum, et ut[?] detur locus notationibus necessario faciendis, quaelibet memoria in uno scribatur folio, relinquendo inter memoriam et memoriam unum vel plura folia secundum prudentem considerationem circumstantiarum quae occurrere possunt = Et in capite de bonis et hereditatibus explicetur ratio cur Conventus talia bona habet = Et in capite de debitis perpetuis in contra (ista solum debita in protocolo notanda sunt) explicetur etiam ratio cur conventus debet. = Et in capite de Religiosis Defunctis notetur locus in quo corpus defuncti

iacet semper ac talis alteratus fuerit locus,
V.G. dicitur Patrem Didacum a Sancta Maria
sepultum esse in Sacristia sub pariete si-
nistro et iam ibi sacristia non est. Un-
de praecepit quod in isto protocolo notetur
locum illum iam sacristiam non esse
sed vel refectorium, vel locum alium, ut
futuris Religiosis semper constet. In quo-
rum fidem praesentes fieri iussit manu pro-
pria ac Secretario chirographo subscriptas.
Die octava mensis octobris Anni Dni mil-
lesimi sexcentesimi nonagesimi septimi

fr. Joannes a SS.ma Trinitate
Min.r et Commiss.us Gralis

De Mandato Patris Nri Ministri et
Commissarij Generalis

fr Antonius a Sancto Joanne Baptista
Lector et Secretarius

Visitans Noster P. Joannes a Nati-
vitate B. M. V. Minister Leopoliensis
et per Poloniam, et Lithuaniam
Commissarius Generalis Ordinis Dis-
calceatorum Sanctissimae Trinitatis
de Redemptione Captivorum hunc libr-
um, vulgo protocolo, invenit omnia
esse scripta et posita prout in Religio-
ne nostra est consuetum, et mandatum
in praeterita visitatione, et iussit in-
posterum eandem formam servare. In
quorum fidem praesentes fieri iussit
manu propria, ac Secretarij Chyrogra-
pho subscriptas Die vigesima men-
sis Septembris Anno Millesimo
Septingentesimo.

fr. Joannes a Nativitate
Min.r et Commissar. G.lis

Mandato Nostri P. Ministri ac
Commissarij Generalis.

fr. Joannes a S.to Francisco
Sacrae Theologiae Lector, et Secretarius

Visitans N. P. fr. Joannes a Nativitate B.
V. M. per Poloniam, & Lithuaniam Commissa-
rius Generalis Ordinis S.mae Trinit.s Redemp.
Captivorum hunc librum dictum Communiter
Protocolo invenit omnia esse scripta, &
posita suo ordine prout in Nrã Religione
moris est, nichilque novi a praeterita Visita-
tione invenit, quod notari, & scribi debeat.
In quorum fidem praesentes fieri iussit manu
propria, a Secretarii Chyrographo subscrip-
tas die quinta Octobris Anno Milles.o Septin-
gentes.o prim.

fr. Joannes à Nativitate
commissar. G.lis

Mandato Pris Nri Commissarii Generalis
fr. Matheus ab Angelis
Secret.s

Visitans N. P. fr. Joannes a Nativi-
tate B. M. V. per Poloniam, & Lithuaniam
Commissarius Glis Ordinis S.mae Trinitatis Re-
demp. Captivorum hunc librum dictum Com-
muniter Protocolo Mandavit Sua P.a
ut notetur in illo Scriptura summae duo-
rum millium collocata ad censum reemp-
tionalem super bonis Illustrissimi, & Re-
verendissimi Dmni Przeremski Canoni-
ci Cracoviensis, & Referendarii Regni
& ut similiter fiat in posterum, qui ali-
quos habuerit census in suum fautorem
iste Conventus. In quorum fidem praesen-
tes fieri iussit manu propria ac Secre-
tarii Chyrographo subscriptas die sexta
Julii Anni Millesimi Septingentesimi
Tertii.

fr. Joannes à Nativitate
Commissarius G.lis

Mandato P. N. Commissarii Generalis
fr. Sebastianus a S. Thoma
Secretarius

Visitans N. R. P. Fr. Joannes a Nativitate B. M. V. per Poloniam et Lithuaniam Commissarius Generalis Ordinis Excalceatorum SSmae Trinitatis Redemptionis Captivorum hoc Collegium Casimiriense ad Cracoviam et hunc Librum Protocollum dictum invenit Sua Reverentia omnia esse scripta et posita secundum praxim Nrae Religionis. In quorum fidem praesentes fieri iussit ac manu propria subscripsit, mihi mandavit suo Secretario ut subscriberem quod feci Die 2da Junij Anno Millesimo Septingentesimo Quarto.

Fr. Joannes à Nativitate Commissarius Glis

Mandato Nri. Pris Commissarij Glis
Fr. Joannes a S[ancto] Joseph Secretarius

Visitans N. P. Fr. Antonius à Scto Joanne Baptista per Poloniam et Lithuaniam Comissarius Generalis Ordinis Excalceatorum SSmae Trinitatis Redempti Captivorum hoc Collegium Casimiriense ad Cracoviam, et hunc Librum Protocolli dictum, invenit Sua Reverentia non esse omnia notata et ideo non approbat sed praecipit P. Praesidenti Consiliarijs quatenus scribant et notent in hoc libro memoriam Domini Bociszewski, et praeterea duo millia florenorum quae donaverat Magnifica Domina Teresia Ruszka Notaria Zatoriensis, alia vero duo millia quae istamet Domina Ruszka donaverat sunt expensa in emptione lapidearum in quibus modo habitant Religiosi cum licentia Nostri Diffinitorij. In quorum fidem praesentes fieri iussit ac manu propria subscripsit, mihi mandavit suo Secretario ut subscriberem quod feci Die quinta Februarij Anni Domini Millesimi Septingentesimi Septimi.

Fr. Antonius a S[ancto] Joanne Baptista Commissarius Generalis

Mandato P. Nri Commissarij Glis
Fr. Franciscus a Jesu Maria Redemptionis Captivorum et Secretarius

Visitans Adm. Rdus. Pr. Franciscus a Jesu Maria per Poloniam et Lituaniam Commissarius Generalis Ordinis Discalceatorum Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, hunc Conventum Casimiriensem ad Cracoviam, et hunc librum Protocoli dictum, invenit sua Reverentia, non esse satisfactum mandato antecessoris sui, Rdi. Antonii a Sto Joanne Baptista praecipienti connotationem memoriae Dni Cosiczewski, nec non Constitutioni Ordinis disponenti capite duodecimo §. 2. N. 8. ut scribantur et signentur sepulturae Fratrum Nostrorum, et Fratres nostri, qui ex hac vita migravere in hoc libro notentur. Ideo mandat et praecipit Sua Reverentia Rdo. Praesidenti ut in posterum maiori cum diligentia huic ordinationi suae satisfaciat; et ita hunc librum approbavit. In quorum fidem, praesentes fieri iussit ac manu propria subscripsit. mihiq. mandavit suo Secretario tad hoc specialiter in hac Visitatione destinato ut subscriberem. quod feci. Die decima quinta Marty. Anno Dni Millesimo Septingentesimo nono.

Fr. Franciscus a Jesu Maria
Commissr. Genlis

Mandato Patris Nri. Com. Gen.
Fr. Josephus a Visi. BMV.
Secretarius

Visitans N. P. Franciscus á Jesu Maria Commissarius Genlis. per Poloniam, et Lithuaniam, Ordinis Discalceatorum Sanctissimae Trinitatis Redemptionis captivorum, hunc N. Conventum Casimiriensem ad Cracoviam, et hunc librum Protocoli dictum, invenit sua Rva. memoriam Domini Cosirski non esse notatam in hoc libro, neque esse notandam, cum solummodo sit per decennium duratura eius obligatio, ut constat ex annotatione in privato libro facta, in reliquo vero omnia esse scripta iuxta Religionis consuetudinem, et nostrarum legum dispositionem, ideo hunc librum approbavit, et sua manu subscripsit, mihique suo secretario subscribere iussit quod, et feci die decima septima Martii Anni D. millesimi, septingentesimi decimi.

Fr. Franciscus á Jesu Maria
Commiss. Genlis

Mandato P. N. Commissarij Genlis.
Fr. Hieronymus a Jesu Maria
Secr.

Visitatio

Visitavit N. P. Franciscus à Iesu M^a.
per Poloniam, et Lithuaniam Commissa-
rius Generalis Ordinis Discalceatorum SS^mae.
Trinitatis Redemptionis Captivorum &.
hunc nostrum Conventum Casimiriensem
ad Cracoviam, et hunc librum Protocoli
dictum, invenit Sua R^a. omnia esse scripta
et posita iuxta mandatum Suae R^dae. et sic hunc
librum approbavit, et sua manu subscrip-
sit, mihique suo Secretario subscribere iussit
v[?], et feci die prima Martij, Anni Domini
millesimi septingentesimi undecimi.

Fr. Franciscus à Jesu Maria
Commiss. Gen^lis.

Mandato P. N. Commissarij Gen^lis.
Fr. Hieronymus à Iesu M^a
Sec^s.

Visitans N. R. P. F. Mathaeus ab Angelis per Poloniam, et Lithuaniam Commissarius Generalis Ordinis Excalceatorum SSmae Trinitatis Redemptionis Captivorum hunc Nrum Conventum Casimiriensem ad Cracoviam, visitavit etiam Librum hunc Protoculum dictum, et invenit Sua Rea omnia in illo esse scripta, quae Nrae Constitutiones disponunt, et practica Religionis observat, et sic Sua Reverentia Librum hunc approbavit, et propria Manu subscripsit, et mihi pro hac vice suo Secretario praecepit ut etiam subscriberem, quod feci die vigesima septima Maij Millesimo Septingentesimo decimo sexto. Fr. Matheus ab Angelis Commiss. Gnlis

F. Antonius a Resurrectione Concion. et pro hac vice Secretarius

Visitans N. P. Antonius a Sto Jo. Bpta per Poloniam et Lithuaniam Commissarius Gnlis Ordinis SSmae Trinitatis Redemptionis Captivorum hunc nostrum Contum Casimiriensem ad Cracoviam, et librum hunc Protocolo dictum, invenit Sua Ra omnia esse scripta in illo scripta, quae nostrae Constitutiones disponunt, et praxis religionis observat, et sic Sua Ra librum hunc approbavit, et propria manu subscripsit, et mihi suo Secretario iussit subscribere, quod feci ultima Augusti praesentis anni millessimi septingentessimi decimi noni. —

fr. Antonius a Sto Joanne Bapta Commis. Genlis

Mandato N. P. Commissarij Gentis
F. Paulus a Sto Hieronymo Secret.

Visitans N. P. Antonius a S^to Jo: B^pta per Poloniam et Lithuaniam Commissarius Gen^lis Ordinis Discalceatorum SS^mae Trinitatis Redemptionis Captivorum hunc nostrum Conv^tum Casimiriensem ad Cracoviam et librum hunc Protocolo dictum invenit Sua R^a omnia in illo scripta esse quae nostrae Constitutiones disponunt, et praxis Religionis observat et Sua R^a librum hunc approbavit et manu propria subscripsit mihique Suo Secretario iussit subscribere, quod feci. Die decima septima Maij Anni praesentis Millessimi septingentessimi vigessimi primi.

Fr. Antonius a S^to Joanne Bapta
Comm^s Gen^lis

Mandato N. P. Commissarij Gen^lis
Fr. Paulus a S^to Hieronymo Secret.

Visitans N. P. Joannes a S^to Josepho per Poloniam et Lithuaniam Comm^s Gen^lis Ordinis Discalceatorum SS^mae Trinitatis Redemptionis Capt^m hunc nostrum Conv^tum Casimiriensem ad Cracoviam, et librum hunc Protocolo dictum, invenit Sua R^a omnia in illo scripta esse, quae nostrae Constitutiones disponunt, et praxis Religionis observat. Et sic Sua R^a librum hunc approbavit, manu propria subscripsit, mihique Suo Secretario iussit subscribere, quod feci. Die Decima nona Augusti Anni Millessimi septingentessimi vigesimi quarti.

Fr Joannes a S^to Josepho
Commissarius G^lis
m.p.

✠

Visitans P. Josephus a S. Maria Redemptor Captivorum Commissarius Delegatus ex speciali Commissione V. Patris Antonij a S. Joanne Baptista Commissarij Gralis per Poloniam et Lithuaniam Ordinis Discalceatorum SSmae Trinitatis Redempt. Captivorum, hunc Nostrum Conventum Casimiriensem ac Cracoviam et Librum hunc Protocolon dictum invenit Sua Reverentia omnia in illo scripta esse quae Nostrae Constitutiones disponunt et praxis Religionis observat. Et sic Sua Reverentia librum hunc approbavit, manu propria subscripsit mihiq Suo Secretario subscribere mandavit. quod feci Die Decima Decembris Anno millesimo septingentesimo vigesimo quinto.

Fr Josephus a S. Maria
Redemptor Captivorum
Commissarius Delegatus

Fr Antonius a Nativitate BMV
Secretarius

Visitans N. P. Fr Antonius a S. Joanne Baptista, per Poloniam et Lithvaniam Commissarius Gnlis, et Provincialis Minister, Ordinis Discalceatorum SSmae Trinitatis Redemptionis Captivorum, Primitivam Regulam profitentium hunc Nostrum Casimiriensem ad Cracoviam Conventum. Et revidens Librum istum Protocollum dictum Invenit Sua Rntia in illo omnia Scripta et notata iuxta Nostras Stas Constitutiones, et praxim Stae S. Religionis. Sic Sua Rntia Librum hunc approbans Manu propria Subscripsit. Idq mihi Suo Secretario facere iussit. Quod feci Die vigesima tertia Septembris Ao Dni Millesimo Septingentesimo Vigesimo Septimo.

Fr Antonius a S. Joanne Baptista
Commissarius Glis et Minister Provincialis

Mandato N. Pris Commiss. Gnlis et Prlis Nostri
Fr Christophorus ab Assumpt. B.V.M.
Secretarius mpp.

Visitans N. Rᵈᵘˢ P. Fr. Antonius a Ssmo Sacramento Minister Provincialis et Commissarius Gnlis in Provincia S. Joachimi Ordˢ Discalceatorum Ssmae Trinitatis Redemptionis Captivorum Primitivam Regulam Profitentium Et recidens Librum istum Protocolon dictum Invenit Sua Rᵈᵃ omnia in illo Scripta et Notata juxta Nostras Constitutiones et Praxim Sᵃᵉ Religionis Sic Sua Rᵈᵃ librum hunc approbans Manu propria Subscripsit. Mihiq. Suo Secretario idem facere praecepit quod et feci die Vigesima Septima Mensis octobris Anno Domini Millesimo septingentesimo trigesimo tertio

Fr Antonius a Ssmo Sacrto
Minister Provlis

Mandato Rdi Pris Nri Provlis

Fr Joannes a Jesu
Mnr Collegij Leopolien
Secretarius

Visitans Nr Pr Fr Antonius a Ssmo Sacrto Minister Provincialis Provinciae S. Joachimi Ord: Discalceator Ssmae Trinitatis Redempt Captivorum Primitivam Regulam Profitentium eo Conventum hunc Casimiriensem ad Cracoviam et revidens Librum istum Protocolon dictum, Invenit Sua Rda omnia in illo Scripta et Notata juxta Nrās Constitutiones et Praxin S. Nrae Religionis, Sic Sua Rda Librum hunc approbando Manu ppria Subscripsit, Mihiq. Suo Secretario id facere Mandavit, quod et feci die Septima Mensis Septembris Anni Millesimi Septingentesimi Trigesimi quarti.

Fr Antonius a Ssmo Sacrto
Minister Provlis

Mandato Rdi Pris Ministri Provincialis
Fr Gregorius a S. Joanne Bapt Minister Beresz
et Secretarius

Visitans Nr Rdus Joannes à Ssma Trinitate Minister Provincialis Provinciæ Sancti Joachim Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Primitivam Regulam Profitentium etc. Conventum hunc Casimiriensem ad Cracoviam et revidens librum istum protocolon dictum, Invenit Sua Rentia omnia in eo Scripta et notata juxta Nostras Constitutiones et praxim Nostræ Sacræ Religionis, non tamen exacte et debita diligentia suis in chartis conscripta et annotata, Summã datam Illustrissimo Zarczewski, Id eo mandavit Sua Rentia ut in futurum sibi caveant defectus, et sic Sua Rntia librum hunc approbando manu propria subscripsit, mihiq suo Secretario id facere mandavit quod et feci die vigesima Sexta Junij Anni Millesimi Septingentesimi Trigesimi Septimi.

Fr Joannes à Ssma Trinitate Minister Provincialis mpp

Mandato Nri Pris Ministri Provincialis
Fr Valentinus à S. Antonio Prosecretarius.

Visitans N. P. Fr Simon à S. Maria Minister Pro[vin]cialis Provinciæ S. Joachim Ordinis Discalceatorum Ssmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Primitivam Regulam profitentium etc. Hunc Conventum Casimiriensem ad Cracoviam et Revidens Librum istum Protocolon dictum. Invenit Sua Rntia Omnia in eo Scripta et notata juxta Nostras Constitutiones et praxim Nostræ Sacræ Regulæ et Religionis. Sic Sua Rntia Librum hunc approbans Manu propria Subscripsit Mihiq Suo Secretario idem facere præcepit, quod et feci Die Decima Septima Mensis Augusti. Anno Domini Millesimo Septingentesimo trigesimo Nono

Fr Simon à Sta Maria Minister Pro[vin]lis mp

Mandato Nri Pris Ministri Pro[vin]lis
Fr Martinus à Conceptione BVM Secretarius

Visitans N. P. Fr. Simon à S. Maria Minister Provincialis Provinciæ S. Joachim, Ords Discalceatorum SSmæ Trinitatis Redemps: Captivorum, Primitivam Regulam Profitentium &c: Hunc Nostrum ad Cracoviam, Casimiriensem Conventum, et revidens Librũ istum Protocollum, invenit Sua Rntiâ omnia in eo scripta et notata, juxta Nrãs Constitutiones, et praxim Nræ S. Religionis; Sic Sua Rntiâ Librum hunc approbans, manu ppriâ subscripsit, mihiq[ue] suo protunc Secretario idem facere præcepit, quod et feci Die Decima sexta Augusti. Millesimo, Septingentesimo, Quadragesimo Año.

Fr Simon a Sta Maria
Mnr Prolis mp

Mandato N. P. Ministri Prolis
Fr Valentinus à S. P. N. Felice
Concionator et Secretarius mpp

Visitans N. P. Fr Antonius a Sanctissimo Sacramento Minister Provincialis Provinciæ Sancti Joachimi Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Primitivam Regulam Profitentium &c Hunc Nostrum Casimiriensem ad Cracoviam Conventum, et revidens Librum istum Protocollum, invenit Sua Reverentiâ omnia in eo scripta, et notata juxta Nostras Constitutiones, et praxim Nostræ Sacræ Religionis; Sic Sua Reverentiâ Librum hunc approbans, manu propria subscripsit, mihiq[ue] suo Secretario idem facere præcepit, quod et feci Die Quarta Octobris Anno Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Secundo

Fr Antonius à SSmo Sacto
Minister Provlis

Mandato N P Ministri Provincialis
Fr Lucas à S. P. N Felice Secretarius
mp

Visitans Nr Pater Antonius à Ssmo Sacramento Minister Provincialis Provinciæ Sancti Joachim Ordinis Discalceatorum SSS Trinitatis Redemptionis Captivorum primitivam Regulam profitentium &c Hunc Nostrum Casimiriensem ad Cracoviam Conventum, et revidens Librum Istum Protocollum dictum, invenit Sa Reverentia Omnia in eo Scripta, et notata justa Nostras Constitutiones, et praxim Nostræ Sacræ Religionis. Sic Sua Reverentia Librum hunc approbans manu propria Subscripsit mihiq Suo Secretario idem facere præcepit quod & feci Die Duodecima Mensis Junij Anno Dñi Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Quarto.

Fr Antonius à Ssmo Sacto
Minister Prolis

Mandato Nri Pris Ministri Provlis
Fr. Nicolaus à S. Joanne Baptta
Secretarius

Visitans Nr Pater Constantinus à Visitte B.V. M: Mnr Provincialis Provinciæ S. Joachim Ords Discalceatorum Ssmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum primitivam regulam profitentium &c. Hunc nostrum Conventum Casimiriensem ad Cracoviam & hoc Protocollum, invenit Sua Rntia omnia in eo annotata esse ad præscriptum nostrarum Legum, Ideo idem Protocollum approbando manu propria Subscripsit, mihiq Suo Secretario idem facere injunxit quod factum die Vigesima Secunda Novembris Quadragesimo Octavo Supra Millesimum Septingentesimum Anno Dni

Fr. Constantinus à Visit: BVM:
Mnr: Provclis

Ad mandatum Nri Pris Mnri Provincialis
Fr Valentinus à S. P. N. Felice
Secretarius mppa

Visitans Nr. Pr Constantinus a Visitatione B.V.M. Minister Provincialis Provinciae S. Joachim Ordinis Discalceatorum SSmae Trinitatis Redemptionis Captivorum, primitivam Regulam profitentium etc. Hunc nostrum Conventum Casimiriensem ad Cracoviam, et videns librum dictum Protocollum, invenit Sua Reverendia omnia in eo annotata esse ad praescriptum Nostrarum Legum. Ideo eundem approbando manu propria subscripsit mihiq suo Secretario facere demandavit, quod et feci Die decimasexta Mensis Maji Anno Dni Millesimo septingentesimo Quinquagesimo

Fr. Constantinus a Visit: BVM:
Mnr: Pralis
mpp

Mandato Nostri Patris Ministri Provincialis
Fr Lucas a S. P. N. Felice Secretarius mpp

Visitans Noster Pater Valentinus a Sancto Hermenegildo Minister Provincialis Provinciae Sancti Joachim Ordinis Discalceatorum Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum Primitivam Regulam Profitentium etc. Hunc Nostrum Casimiriensem ad Cracoviam Conventum, Et videns librum istum in quo et Videlicet in Protocollo Res Majoris Momenti et Notae, ad Hunc Conventum pertinentes Annotantur: Invenit Sua Rvdā Omnia In eo Annotata esse juxta praescriptum Nostrarum Legum. Ideo eundem librum Protocollum dictum Approbando Manu propria Subscripsit, mihique Suo Secretario idem facere jussit. Quod feci Die Quarta Augusti Anno Dni Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Tertio.

Fr Valentinus a S. Hermenegildo
Minr Pralis
mp

Mandato Nri Patris Ministri Pralis
Fr Hilarius a S. Basilio Secretarius
mpp

Visitans N. P. Josephus a SSmo Sacramento
Minister Provincialis Provinciæ S. Joachim Ordinis Discalce
atorum SSmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum primitivam
Regulam profitentium &c. Hunc nostrum Conventum Casimiri
ensem ad Cracoviam et revidens Librum dictum Protocollum
invenit Sua Reverentia Omnia in eo annotata esse ad
præscriptum Nostrarum Legum. Ideo eundem approbando
manu propria subscripsit, mihiq Suo Secretario idem
facere jussit quod et feci. Die secunda Novembris
Anno Dni Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Septimo

Fr Josephus a SSmo Sacramento
Minister Provincialis mp

Mandato Nostri Rdi Ministri Provincialis
Fr Thaddus à SSma Trinitate Secretarius mp

Visitans Nr Pr Josephus a Sanctissimo Sacramento
Minister Provincialis Provinciæ Sancti Joachim Ordinis Discalceatorum
Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, Primitivam Regulam Pro-
fitentium &c: Hunc Nostrum Casimiriensem ad Cracoviam Conventum.
Et revidens Librum istum Protocollum dictum. Invenit Sua Rvntia Om-
nia in eo annotata esse ad præscriptum Nostrarum Legum. Ideo Eun-
dem approbando Manu Propria Subscripsit, Mihiq Suo Secretario idem
facere Mandavit, quod et feci. Die Nona Decembris, Anno Domini
Millesimo, Septingentesimo, Quinquagesimo Octavo.

Fr Josephus a SSmo Sacramento
Minister Provincialis mp

Mandato N. P. Ministri Provincialis
Fr: Casimirus ab Apostolis Secretarius mp

Visitans N. P. Hilarius a Sancto Basilio Minister Provincialis Provinciæ Sancti Ioachimi Ordinis Discalceatorum SSmæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Primitivam Regulam profitentium &c. Hunc Nostrum Casimiriensem ad Cracoviam Conventum. Et revidens Librum istum in quo ut videlicet in Protocollo Res majoris momenti et notæ ad hunc Conventum pertinentes annotantur. invenit Sua Reverentia Omnia in eo annotata esse juxta præscriptum legum Nostrarum, Ideo Eundem librum Protocollum dictum approbando manu propria subscripsit Mihique Suo Secretario idem facere jussit. Quod feci. Die Undecima Julij Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Primo Anno.

Fr. Hilarius à Scto Basilio
Mnr Prolis
mpp.

Ad mandatum Nri Pris Prolis
Fr. Antonius à S. P. N. Joanne de Matta
Secretarius mpp

Visitans Noster Pater Augustus a S. Joanne Baptista Definitor Generalis ac Visitator Delegatus a N. R. P. Josepho a SSmo Sacramento Commissario Generali Provinciarum extra Hispan. hunc nostrum Casimiriensem ad Cracoviam Conventum; et revidens librum istum, in quo scribunt et annotant res majoris momenti et notæ, ad hunc Conventum pertinentes; invenit sua Reverentia omnia in eo annotata esse juxta præscriptum legum nostrarum; Ideo eundem librum Protocollum dictum approbando manu propria subscripsit, mihiq. suo Secretario idem facere præcepit quod et feci Die vigesima prima Januarii Mensis Anno Dni millesimo septingentesimo sexagesimo tertio

Fr. Augustus à S. Joanne Baptista
Definitor Gralis, & Delegatus Visitator.
mpp

De Mandato Nri Pris Definitoris Grlis ac Visitatoris Delegati
Fr Jacobus a S. Margarita Secretarius
mpp

Visitans Nr Pr Hieronymus a Sancto Francisco Vs Provincialis Provinciæ Sancti Joachim Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Primitivam Regulam profitentium Hunc nostrum Conventum Casimiriensem ad Cracoviam et revidens Librum istum Protocollum dictum in quo Scribuntur et annotantur res majoris momenti notæ, et ad hunc Conventum pertinentes Invenit Sa Ra omnia in eo esse annota juxta praescriptum Legum nostrarum Quapropter Librum hunc approbando manu propria Subscripsit mihiq suo Secretario idem facere praecepit Quod feci Die Trigesima Prima Mensis Januarij Anno Dni Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Quinto

Hieronymus à Sto Francisco
Vrlis mpp.

Ad Mandatum Nri Pris Vs Provincialis

Fr Franciscus à Jesu Defr Prlis & Secretarius

Visitans Noster Pater Augustus à S. Joanne Baptista Minister Prblis Prva S. Joachim Ords Discalc. SSS. Trinitatis Redemptt Captivoru primitiva Regula profitentiu hunc Conventu nostrum Cracoviensem et revidens Librum istum, Protocollum dictum in quo scribuntur et annotantur res majoris momenti et nota, ad hunc Conventum pertinentes, invenit Sua Reverentia omnia in eo annotata esse juxta praescriptu Legum Nostraru ideo eundem Librum approbando Manu propria subscripsit mihiq suo Secretario idem facere jussit quod et feci Die ultima Mensis Augusti Anno Domini Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Septimo.

Fr AVGVSTVS à S. J. Bapa
Minister Provincialis mpa

Ad Mandatu Nri Pris Mnri Prlis.
Fr. Antonius à Visitne B. V. Mæ
Secretarius mpa

Visitans Nr. Pr. Valentinus á S.to Hermenegildo Minister Prolis Prov.ae S. Joachim Ord.s Discalc. SSS. Trinitatis Redemptt. Captt. primitivam Regulam profitt. Conventum nostrum Cracoviensem et revidens Librum istum Protocollum dictum in quo scribuntur et annotantur res majoris momenti et notae, invenit S.a R.a omnia in eo esse conscripta et annotata ad Mentem nostrarum Sacrarum Legum. Quare Librum praesentem approbando Manu propria subscripsit mihiq. Suo Secretario idem facere jussit quod feci Die Ultima Mensis Decembris Anno Dni Millesimo Septingentesimo Septuagesimo.

Fr Valentinus a S.cto Hermenegildo
Mnr Prolis mp

Ad mandatum Nri Pris Mnri Prolis
Fr. Antonius á Visittne B.V.Mae.
Secretarius Mp

Visitans Noster Pater Franciscus a JESU Minister Prolis Provie S. Joachim Ords Discalc. SSS. Trinitts Redemptt. Captivorum Primitivam Regulam profitt. Conventum nostrum Cracoviensem et revidens Librum istum Protocollum dictum in quo scribuntur et annotantur res majoris momenti et notae invenit S.a R.a Omnia in eo esse conscripta et annotata ad mentem nostrarum Sacrarum Legum. Quare Librum praesentem approbando manu propria subscripsit mihiq. suo Secretario idem facere jussit quod feci. Die ultima Mensis Maj Anno Dni Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Secundo.

Fr. Franciscus a Jesu
Mnr Prolis
mp

Ad mandatum Nri Pris Mnri Prolis.
Fr. Antonius ab Angelis Pro Secretarius
mpp

Fr. Franciscus a Jesu Minister Provincialis Provinciae S. Joachim Ord. Discal. SSS. Trinitatis decreverat ..., in hac nostra ad Cracoviam Residentia ... ex officio Visitatione facta vidit Librum hunc Protocollum Domus apud nos dictum ... omnia et singula relate ad sua capita et paragraphos juxta leges Ordinis et tradidim Provinciae inscripta, atq ipsum propria manu subscripsit mihiq. Secretario subscribendum esse demandavit die Vigesima quinta Junii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto anno Domini.

Fr. Franciscus a Jesu
Mnr Pvlis

Admandato N. P. Ministri Pvlis
Fr. Joannes a S. Benedicto
Secretarius mp

Visitans Nr Pr. Hieronymus á S. Francisco Visitator Delegatus Provinciae S. Joachim Ordinis Discalc. SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Primitivam Regulam Profitentium Residentiam nostram Cracoviensem, et videns Librum istum Protocollum dictum, in quo Scribantur, et Annotantur res majoris momenti et notae invenit Sua Ra Omnia in eo esse Conscripta et Annotata ad mentem nostrarum Sacrarum Legum. Quare librum praesentem approbando manu propria subscripsit, mihiq Suo Secretario idem facere jussit, quod feci Die 27ma Mensis Julij Anno Dni millesimo Septingentesimo Septuagesimo [illegible]

Hieronymus a S. Francisco
Visitator mp

Admandatum Nostri Patris
Visitatoris
Fr. Antonius ab Angelis Secretarius
mp

Fr. Rudolphus à S. Bartholomaeo Redemptor Captivorum Provinciae S. Joachim Ordinis Discalc. SSmae Trinitatis Redemptt. Captt. Primitivam Regulam profitt. et Visitator delegatus à Nostro Patre Ignatio ab Omnibus Sanctis: Visitans Nostram Residentiam Cracoviensem, et revidens hunc librum Protocollum dictum, in quo scribuntur et annotantur res majoris momenti, et notae: Invenit Sua Rtia, Omnia in eo esse conscripta et annotata ad mentem Nostrarum Sacrarum Legum. Quare Librum praesentem approbando manu propria Subscripsit, mihiq. suo Secretario, idem facere jussit, quod feci 19 dieß martii Anno Dñi Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Nono.

Fr. Rudolphus à S. Bartholomaeo
Redemptor Captt. et Visitator delegatus mpp.

Ad mandatum Nostri Patris
Visitatoris delegati.
Fr. Joannes à S. Cajetano Secretarius
mpp.

Benedicta sit sancta Trinitas

Fr. Leo ab Ascensione Domini totius Ordinis Primitivae Regulae Fratrum Discalceatorum SSmae Trinitatis Redemptionis Captivorum Major ac Generalis Minister.
Suis in Christo Fratribus salutem in Domino et Sancti Spiritus Consolationem.

Ut primum in proxime celebrato Barcinonae Generali Ordinis nostri Capitulo Supremum Sacrae Excalceatae Religionis Nostrae Gubernium humeris meis impositum sensi, ad ponderis magnitudinem, obligationis gravitatem, Conscientiaeq. meae vincula totus expavi, et omnia ossa mea conturbata sunt. Ego etenim pervigilare debeo, tanquam rationem reddibimus pro-

pro omnibus animabus Vestris; quorum si vel unica, incuria mea perierit, quod misericors avertat DEUS, et mea ubiq periclitabitur Anima. His constrictus animi angustiis, Ego Frater et Minister Vester absens quidem corpore, præsens autem Spiritu, Vos alloquor Viri Fratres Vos, o! Viscera mea, quos omnes magna charitate complector. Vos me his vinculis alligatis! Vos oro, ac per Viscera misericordiæ DEI Nostri obtestor: fulcite precibus Vestris imbecillitatem meam, Religiosis moribus vestris, ac jugi Sanctarum Legum Nostrarum custodia roborate trementia ossa mea, mutuaq Fraterna Charitate vestra refocillate angustiatum spiritum meum.

Ecce ad vos, o! Fratres mei desideratissimi! patet os, et cor meum, ac pro ratione Officii mei, secundum mandatum Constitutionum Nostrarum cap. XL § XI Nro II amanter pandam angustias animæ meæ. Nam cogitanti mihi persæpe, quid sit, quod Viri Religiosi, quorum status mundo Venerabilis ac summopere æstimabilis fuerat, in eum nunc despectum, odiumq sæculi devenerimus ut velut purgamentum mundi, omniumq peripsema, reputemur adeo, ut scriptis dictis et factis nos undiq insectetur. Hoc inquam, mihi persæpe cogitanti occurrit quidem illud divini Magistri Nostri consolatorium verbum: Si mundus vos odit, cogitate, quia priorem me vobis odio habuit: et illud Apostoli: Qui pie volunt vivere in Christo Jesu persecutionem patientur. Sed enim magno animi timore vereor ne virtus pietasq nostra non sit occasio mundo statum Nostrum calumniandi, præsertim, cum et ipsa mundi columna ipsaq Ecclesiæ candelabra, in Vita Nostra inveniant, quod palam reprehendant. Pensando autem omnia, plurimum metuo, ne fundamentum exprobrationum, et contemptus Nostri aliud non sit, quam quod charitatem primam reliquimus.

Multum namq a primo fervore Sanctissimi Status Nostri desecisse conspicimur: causam DEI negligenter agimus, dum per observantiam Legum Nostrarum Sanctarum, per Sanctam conversationem, per plurima virtutum exempla, Christi bonus odor in omni loco esse non volumus: sæcularibus actibus persæpe implicamur, ad Nostra terrena commoda plus æquo vacamus: et quia si de mundo essemus, mundus, quod suum est, diligeret, nunc vero, quia de mundo non sumus, ac nihilominus corrupti sæculi mores, simiarum instar, ad minus apparenter, imitari videmur: inde fit, quod mundus nos odit, tanquam nec mundanos nec omnino religiosos.

Recogitemus obsecro; ubi nam sint Sanctissimorum Fundatorum Nostrorum flagrantissima in DEum, et proximum Charitatis exempla? ubi Venerabilium Nostrorum fulgentissima pietatis, mortificationis observantiæ sanctæ omnigenæq virtutis specimina quibus et DEO amabiles, et a mundo æstimati, id efficere unice in Votis habebant, ut in ipsis in omni loco glorificetur DEUS. nonne delectamur, eorum memoria? eorum meritis; et Nostram

forte sis

fortassis aucupamur gloriam? Cur igitur imitari pigeat, quod celebrare delectat? Cur Successores intinis eorum vestigiis non gradimur.[5]

Imo gradiemur, et Opitulante Sanctissima Trinitate gradiemur fideliter. Opus est solum, ut menti nostra altè impressam geramus Vocationis nostræ dignitatem. Viri Fratres altissima est Professio Nostra, nam peculiari titulo Filii sumus Sacrosanctæ Trinitatis. Hæc nos singulari prorsus dilectione, è numero innumerabilium Hominum selegit in clientes suos ac membra illius status, quem non uno prodigio sibi acceptissimum fore monstravit.
Quam igitur foret periculosum in hoc Sanctuario, inutilem ac deformem statum agere? certè nemo respiciens ad aratrum.

Porro ne isthæc ex animis Fratrum elabantur, Vestrum est, O! Rectores Communitatum Nostrarum religiosarum, ea sæpius Commissis Vobis Fratribus regere, verbo et exemplo quotidie altius imprimere, strictissima est hæc obligatio Vestra, quam cum munere vestro suscepistis. Voce à subjectis Fratribus Patres Compellamini, et tales omnino esse debetis, majori certe charitate filios vestros Complecti tenemini, quam Patres Carnales suos, quanto nempe spiritualis Paternitas præstat Carnali, id est spiritus Carni. Igitur non quasi dominantes in Cleris, sed forma facti gregis ex animo ministrate Filiis Vestris pabulum doctrinæ ac exemplorum Vestrorum Sanctorum; Vestrum est, in Observantia Sacrarum Legum Nostrarum, Omnes anteire semperque respicere, ne quis subjectorum à recto tramite deflectat. Ejusmodi vero deviantes, in spiritu lenitatis Corrigite, ac reducite; detrectantes Compellite, sic tamen, ut per severitatem superioris pelluceat semper charitas Patris; advertant se, Virga Pastoris percuti, non tam ad pœnam, quam ad pœnitentiam: ut quasi manibus attrectent, omnia fieri, solum amore sui. Id præcipue cavete, ne in gubernium Religiosum, passio quæpiam animi Vestri, influere videatur aut in Correctione fraternorum defectuum, quispiam Fratrum Contemni se animadvertat, aut vilipendi; illico namque, Cor filiorum alienatur à Patre, quam primum cum nescius quidem passionibus dominari posse persentiunt excutiuntque jugum mancipiorum, qui in Filios adoptati sunt, non in servos.
Quo circa monet Apostolus: Patres Nolite ad iracundiam provocare filios vestros. Verbo sic ministrate subjectis vobis ut omnibus omnia facti, omnes Christo lucrifaciatis, nam omnium eorum animas de manu Vestra, aliquando requiret Christus.

Jam vos Compello Religiosos Fratres meos! qui membra estis, tam Sancti Corporis, Nostri videlicet Sacri Ordinis; qui vos totos superioribus Vestris, sub suavi jugo obedientiæ in holocaustum gratissimum Domino subjecistis, ac quidquid secundum Corpus et animam estis, per sacerrima vota Deo

Consecrastis

Consecrastis, vos oro, et obtestor, reddite vota vestra de die in Diem Altissimo. Colite praeprimis Sanctam Spiritus paupertatem, hac enim mundo, et pompis Diaboli renunciantes Deum ipsum in haereditatem accepistis.

Sed tunc demum vos vere pauperes credite, cum defectum, etiam necessariorum laeto animo pertuleritis, et in simplicitate cordis ambulantes, etiam eorum, quae data fuerint, vos indignos, velut inutiles servos, per sanctam humilitatem arbitrabimini. Intuentes porro Angelicum habitum vestrum, Angelicae puritatis memores, castimoniam cordis et corporis summa vigilantia custodite, sic omnino adhuc in terris Angelis assimilandi. Verum praecipua omnium actionum vestrarum Cynosura sit obedientia; haec enim recta in finem vestrum ultimum collimabitis. Qua in re monet Apostolus: obedite Praepositis vestris, et subjacete eis ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Ut cum gaudio hoc faciant et non gementes, quasi diceret: respondete moribus vestris religiosis curae et vigilantiae eorum, ne se inaniter laborare, oleum operamque perdi videntes, suspirare ac gemere debeant, super ruina vestra. Quanta insuper reverentia honorandi sunt, de quibus Christus ipse edixit; Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit.

Denique per viscera misericordiae Dei vos oro Fratres, diligite alterutrum, et mutuam in vobis metipsis charitatem habete; charitas patiens est, benigna est, non aemulatur non est ambitiosa. Igitur alter alterius onera portate patientes, sine murmure, sine contentione, et detractione. Quod si invicem mordetis, videte ne ab invicem consumamini monet apostolus et prius ipse Christus. Omne inquit Regnum in se ipsum divisum desolabitur. Mutuo etiam vos honore praevenite, sic enim decet Fratres santi Patris, sic Filios sacrosanctae Trinitatis.

Denique universim vos omnes, meos in Christo desideratissimos Fratres, Praelatos ac subditos obtestor, orate constanter pro summo in terris Christi Vicario, pro Regibus et Principibus vestris eisque in omnibus reverentiam summam, ac obedientiam exhibete. Hi enim Ministri Dei sunt, ac characterem divinitatis, sibi impressum in sua potestate patenter praeseferunt. Hoc et jubet Apostolus, et praecipit Lex nostra Constitutionum Cap. 14 Nro 1.

Nunc vero commendo vos DEO, et verbo gratiae ipsius pax et gaudium Spiritus sit vobis omnibus ab Omnipotente Deo Qui consolabitur nos in omni tribulatione nostra, & Benedictio DEI Patris Filii, et Spiritus S. sit super vos semper Fratres Amen. Ego manu mea scripsi vobis quisque.

Dabam Tyrnaviae Die 17 Octobris
Anno 1778.

Fr. & Minister vester
Fr Leo ab Ascensione Minister Gnlis Ord.

x

Visitans N. P. Marcianus a S. Rosalia Minister Provincialis Provinciae S. Joachim Ordinis Excalc: SSS. Trinitt: Red: Captt: hanc Nostram Residentiam Cracoviensem et revidens librum istum Protocollum dictum, invenit S. R. in eo omnia Annotata esse ad praescriptum Nostrarum Legum. Ideo eundem approbando, manu propria subscripsit, miliq Suo Secretario subscribendum esse demandavit. quod et feci die Vigesima mensis Julii Millesimo septingentesimo Octuagesimo tertio Anno.

Fr. Marcianus à Sa Rosalia.
Minister Provincialis mpp

Ad mandatum Nostri Pris
Ministri Provincialis
Fr. Florianus à Mre B. V. M.
Secretarius mpp

In Nomine Domini Amen

Anno a Salutifera D.N.J. Christi Nativitate Millesimo Septigentesimo Octagentesimo Quinto. Indictione Romana tertia Sedente Ssmo Dno Nro PIO Divina providentia P.P. Sexto Anno sui Pontificatus Decimo Die vero Vigesima Nona Mensis Januarii. Hanc presentem Copiam extractam esse e suo Originali proprio Mihiq Notario infra scripto ad hunc finem a Romano Pre Procuratore Generali exhibito et postea eidem exhibenti restituto nulla penes me relicta Copia, cum quo quidem Originali facta per me diligenti collatione concordat salvo semper &c. Propterea de his omnibus pro veritate requisitus manifestum hoc Cunctis perhibeo Testimonium. In quor. &c. Romae ex Offa mei hac Die et Anno suprascriptis

(L.S.) Ita est Franciscus de Perchettis Romanus Civis et Causar. Curie Capitli Apostolica Authoritte Notarius Publi. Collega in fidem

Nos ad presens Almae Urbis Inclitiq populi Romani Conservatores fidem facimus, indubieq testamur Perillustrem et Excellentem Dnm Franciscum de Perchettis Civem Romanum esse Causar. Curie Capitalii Notarium Publicum Collegam autenticum fideq dignum ac talem qualem se supra fecit Scripturisq suis tam Publicis quam privatis in Judiciis et extra semper indubiam adhibitam fuisse ac de presenti magis quoq adhiberi fidem. In quor. &c. Romae ex Capitalio hac Die 29. Januarii 1785.

(L.S.) Pro Dno Secretario Ven. Collegii Dominor. Notariorum Curie Capitalii Michael Angs Annibali cum &c.

Anno Dni 1785. ab Introductione vero Sri Ordinis Nostri in Poloniam Anno Centesimo Memorando illuxit Dies 23. Aprilis Dni Adalberti ArchiEpiscopo Gnesnensi pridem sacra in Polonia et eo tunc incidens in Sabatum ante Dominicam Quartam post Pascha praefixum per Sram Regulam Nostram Celebrationi Capituli Generalis quod quidem Capitulum juxta Rescriptum Sacrae Sedis Die 1. Decembris Anni 1783. reapse Celebrandum erat atq Die praefata Celebrandam fuisset nisi ex ratione distantiae Provinciarum abinvicem atq ideo minuendarum expensarum Maturo R.N. Pris Hieronymi a S. Francisco Natione Poloni pro tunc Vicarii Generalis Consilio praecessisset mutua Provinciar. Conventio de facienda et invicem comunicanda selectione Personar. quo ad Praelaturas et Officia scrutiniis Capitulorum Generalium consueta eorumq suppletiva pro via ejusmodi inter Provincias Conventione selectione autem instar Scrutinii facta per eos qui habebant jus ferendi voti in Capitulo Generali aliosq Utriusq Provinciae Patres Graviores Conformiter ad vota Provinciar. porrectus est Sta Sedi Supplex Libellus pro expeditione eum in finem Brevis Apostolici quod tandem emanavit de tenore supra expresso.

Quamvis autem Statutum fuerit P. Dris Romani a S. Casimiro Ministri Provincialis juxta Insinuationem expirantis in suo Officio Rndi N. Patris Vicarii Generalis procedenti celebrare Suum Deffinitorium Provinciale Anno et Die supradictis in hoc Nostro Conventu Beresteccensi Atq ea de causa Convocati PP. Definitores fere omnes Convenissent cum tamen ipsemet P. Minister Provincialis aquarum illuvie impeditus designatum celebrando Deffinitorio locum accedere nullatenus potuisset consequenter neq Breve Apostolicum Universæ Provinciæ per Deffinitorium juxta ideam ab Expirato Vicario Generali sibi propositam promulgari Pater Deffinitores Provinciales re tota cum Ministro Domus et Novis Definitoribus Generalibus ibidem præsentibus collata cum probe didicissent Breve illud Apostolicum supplens defectum electionis Canonicæ ad manus Rmi Patris Alexandri a Concepte B.V.M. natione Poloni moderni Vicarii Generalis Ordinario Postæ cursu pridie pervenisse Eundem Nrum Rm Patrem Vicarium Generalem obnixe ac reverenter ad propagandas solemnes Deo gratias in Ecclesiam invitarunt ubi ab exeunte pro foribus tota Sacra Comunitate factum satis dispositioni prioris Manualis Pag. 3. Cap. 17. §. 2 Hanc functionem alia non minus solemnis subsecuta in aula Capitulari ubi prævia exquisitissima peroratione N. Rmi Patris Vicarii Generalis lectum est per me infra scriptum Deffinitorem Provæ qua Deffinitorii Secretarium Breve illud Apostolicum quo perlecto habitus est alter æque elegans priore longe prolixior sermo ab eodem Nro Rmo P. Vicario Generali deposita subinde consueta in similibus gratulationis Officio ac demum Nominatio et Juramentum Secretarii Generalis finem toti huic Actui imposuit.

Ut autem de prædictis omnibus et fidelitate Copiæ cum Originali Brevis Aplici Collationatur et cum eodem de Verbo ad verbum Concordantium Universæ qua late patet Provinciæ plenius innotescat præsens instrumentum una cum transumpto Brevis Aplici singulis ejus Domibus Comunicandum et in Archivio asservandum a me Confectum manu propria subscribo in hoc eodem Conventu Beresteccensi hoc Die 23. Mensis Aprilis Anno 1785.

Fr. Rudolphus a S. Bartholomæo
Deffinitor Provæ Ejusdemq Deffinitorii
Secretarius

Pius Papa Sextus

Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus Fi-
lius Hieronymus a S. Francisco Vicarius Generalis Ordinis SS.mae Trini
tatis Redemptionis Captivor. Excalceatorum Nuncupatorum Familiae ex
tra Hispanae quod cum Nos Capitulum Generale ejusdem Ordinis Anno
nuper elapso celebrandum, attentis ingentibus expensis a Capitularibus
faciendis a paupertate Conventuum ad contributionem earundem ex-
pensarum obstrictorum ad illud tempus prorogaverimus Sabbatho prop-
terea ante Dominicam quartam post Pascha currentis Anni Millesimi
Septingentesimi Octuagesimi quinti erit habendum dictum Capitulum
Generale. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat enuntiata
Familia in iisdem miseris circumstantiis versetur nec fieri possit ut
Vocales ad praefati Capituli celebrationem convocari possint, Nobis propterea
nomine etiam Deffinitorum Generalium Omniumque Vocalium nec non gravi
orum ejusdem Familiae Fratrum humiliter supplicatum fuit, ut in prae-
missis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica
dignaremur. Nos igitur pro ea qua dictum Ordinem prosequimur charitate
ea quae ad illius commodum et utilitatem spectant, concedere ac memoratum
exponentem dilectos Deffinitores, Vocales, aliosque dictos Fratres Ordinis prae-
fati specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares
Personas a quibusvis Excommunicationis Suspensionis et Interdicti aliisque
Ecclesiasticis Sententiis Censuris et Poenis a Jure vel ab homine quavis oc-
casione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatae existunt ad
effectum Praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes
et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum Nomine Nobis super
hoc humiliter porrectis inclinati motu proprio ex certa scientia ac ma-
tura deliberatione Nostris deque Apostolicae potestatis plenitudine, Capitulum
Generale Ordinis et Congregationis praefatorum, quod propediem, ut praefer
tur esset celebrandum ad sexennium proximum, tenore praesentium pro
rogamus, extendimus, ac differri volumus et mandamus nec non Dilec
tos Filios Alexandrum a Concepti. B.M. Virginis in Vicarium Gene
ralem, Stanislaum a S. Joseph. Marcianum a S. Rosalia, Carolum a Mat
re Consolationis et Adamum a SS.ma Trinitate in Deffinitores Generales
Cyprianum a S. Joseph in Procuratorem Generalem Carolum a S. Clara
in Chronistam Generalem, omnes ad sexennium nempe usque ad proximum
Capitulum Generale, juxta ejusdem Ordinis Statuta, et Ordinationes, Auctori
tate Apostolica Confirmata, convocandum, et Amadeum a S. Hieronymo
in Ministrum Collegii Romani S.ae Mariae ad Fornaces, ad Triennium juxta
nostras Die Vigesima prima Martii Anno 1781. expeditas Literas cum Om
nibus et singulis praeeminentiis, prerogativis, facultatibus, Auctoritate, pri
vilegiis, gratiis et indultis ac honoribus et oneribus, quibus si electi fuissent
in Capitulo Generali, uterentur fruerentur ac gauderent, seu uti, frui, gaudere
possent vel potuissent, quomodolibet in futurum in Omnibus et per omnia
perinde ac si reapse ad dicta Officia in Capitulo Generali juxta eadem sta
tuta et Ordinationes dicti Ordinis electi fuissent, Motu, Scientia, Auctoritate
et Tenore praesentis, Nominamus, eligimus et deputamus, eisque dicta mune
ra et Officia respective concedimus et impertimur, insuper cum alia multa pro
recto Gubernio et administratione Ordinis et Familiae praefatorum fieri soleant

ca prima

eo primo Deffinitorio Generali gerendi et explendi plenam et Amplam facultatem Auctoritate et tenore presentis, tribuimus et impertimur. Mandantes propterea, in Virtute Sae Obedientiæ aliisq arbitrio nostro imponendis pœnis omnibus et singulis dicti Ordinis, Superioribus, Fratribus, Personis cæterisque ad quos spectat et in futurum spectabit, ut eosdem, Alexandrum a Concepttione B. M. Virginis, Stanislaum a S. Joseph, Marcianum a S. Rosalia Carolum a Matre Consolationis, Adamum a SSSa Trinitte Cyprianum a S. Joseph et Amadeum a S. Hieronymo, in dictis respective muneribus, illorumq libero exercitio justa tenorem præsentium, uti, frui, et gaudere sinant, et permittant, eisq in omnibus ad munera et Officia hujus modi pertinentibus prompte pareant et obediant, faveantq et assistant. Decernentes has præsentes Literas, firmas, validas et efficaces, existere et fore, suosq plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac Suprafactis Vicario Generali ac Deffinitoribus Procuratori Generali Chronistæ Generali et Ministro Collegii Romani Sæ Mariæ ad Fornaces in omnibus et per omnia plenissime suffragari sicq in præmissis per quoscunq Judices Ordinarios et delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores et S. R. E. Cardinales, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi, facultate et Auctoritate judicari et deffiniri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis Auctoritate scienter, et ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, nec non Decretis Ordinis, etiam juramento Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis et Consvetudinibus Privilegiis quoq indultis et Literis Apostolicis, in Contrarium præmissorum, quomodolibet concessis Confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et Singulis illorum tenores, Præsentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis, habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissum effectum, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus cæterisq Contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, Die 28. Januarii 1785. --- Pontificatus Nostri Anno Decimo --------

Innocentius Cardinalis de Comitibus ---

Loco Sigilli ✠

Visitans N. P. Romanus a S. Casimiro Minister Provincialis Provinciæ S. Joachimi Ordinis Discalc. SSmæ Trinitatis Redemptt. Captt. Hunc Conventum Cracoviensem, et revidens Librum istum Protocollum dictum, invenit S. R. in eo omnia annotata esse ad proscriptum Nostrarum Legum. Ideo eundem approbando manu propria subscripsit mihiq suo Secretario subscribendum esse demandavit quod feci Die Decima Sexta Mensis Augusti Millesimo Septingentesimo Octuagesimo sexto Anno.

Fr. Romanus a S. Casimiro
Minister Provincialis

Ad mandatum N. P. Ministri Provinc.
Fr. Stanislaus a S. P. N. Felice
Conv. et Prosecretarius

Visitans N. P. Dominicus à Sto Hyacintho Minister Provincialis Provinciæ S. Joachimi Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum hunc Conventum nostrum Cracoviensem, et revidens Librum istum "Protocollum Domûs" apud nos dici solitum, invenit omnia et singula, sub suis Capitibus et Paragraphis, juxta Leges Ordinis, et Provinciæ Statuta, esse inscripta et adnotata. Ideoque eundem Librum approbando, manu propria subscripsit, mihiq suo Secretario subscribendum mandavit Die Decima 3 Mensis Augusti, Annô Millesimo Septingentesimo Octuagesimo Septimo

Fr. Dominicus à S. Hyacintho Mnr Provincialis

Mandato Nostri Patris
Ministri Provincialis
Fr. Theophilus à S. Martino
Secretarius

N. P. Dominicus à S.to Hyacintho, Minister Provincialis Provinciæ Sancti Joachimi, Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, In Visitatione hujus Conventûs Cracoviensis, revidit istud Protocollum, invenitque in eo, omnia, sub suis Capitibus expressa esse, quemadmodum Lex, et Provinciæ Statuta disponunt, hinc librum præsentem propria manûs subscriptô approbavit, mihiq Suo Secretario subscribendum commisit. Die Decima 9na Mensis Junii, Millesimo Septingentesimo Octuagesimo Octavo Annô.

Fr. Dominicus à S. Hyacintho
Minister Provincialis
mp

Ex Mandato Nostri Patris
Ministri Provincialis
Fr. Theophilus à S.to Martino
Secretarius
mpp

Visitans N. P. Dominicus à S.to Hyacintho, Minister Provincialis Provinciæ Sancti Joachimi, Ordinis Discalceatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, hunc Conventum Nostrum Cracoviensem, et revidens istud Protocollum Domûs, invenit omnia in eo, sub suis Capitibus expressa esse, quemadmodum Lex, et Provinciæ statuta disponunt, hinc librum præsentem propria manûs subscriptô approbavit, mihiq Suo Pro-Secretario subscribendum commisit. Die Trigesima Mensis Septembris, Millesimo Septingentesimo Octuagesimo Nonô Annô.

Fr. Dominicus à S. Hyacintho
Minr Provincialis
mp

Mandatô Nostri Patris
Ministri Provincialis
Fr. Alexander à S.ta Rosalia
Pro-Secretarius
mpp

Nihil novi ad approbandum
inveni Visitans Anno 1792. 19. Aprilis

F. Ignatius a S. Maria de Mercede
Minister Provincialis
mpp

Licet nihil novi ad approbandum in hoc Protocollo adinveni, Visitans tamen hunc Conventum die 5. Mensis Februarii 1797. Anno manu mea subscripsi. Sepultura tamen post præteritam Visitationem in Nostra Ecclesia post præteritam Visitationem facta trium sæcularium Servorum Conventus Nostri, et unius Nostri Religiosi Sacerdotis, eadem subscriptione approbantur.

Fr. Dominicus a S. Hyacintho Defin. et ac Visitator delegatus mp

CAPUT 1stum.

De Quibusdam Accessorijs hujus Conventus.

Anno Domini 1764. Mense Junio. Post fata Serenissimi olim Augusti III. sub tempus Interregni, dicta Convocationis sive Comitiae Generalis Varsaviae celebratae, assignarunt Commissarios Generales ad Lustrandum Thesaurum &c. importantias Reipublicae futuro Regi cedendas. Ex assignatis fuerunt duo Senatores, et quatuor ex Equestri Ordine. Isti nomine Reipublicae Lustratores, ad instantiam R. N. P. Stanislai à Sanctissimo Sacramento Ministri Ex Generalis, gratiose assignarunt ex Salisfodinis Oppidi Wieliczka singulis Annis duo dolia Salis, perpetuis temporibus duraturis. Pro cujus documento jam hoc Anno superius expresso Die 1ma Augusti noster Conventus Casimiriensis percepit duo dolia Salis.

Index Capitum hujus Protocolli.

1032
188